



Jest to cyfrowa wersja książki, która przez pokolenia przechowywana była na bibliotecznych półkach, zanim została troskliwie zeskanowana przez Google w ramach projektu światowej biblioteki sieciowej.

Prawa autorskie do niej zdążyły już wygasnąć i książka stała się częścią powszechnego dziedzictwa. Książka należąca do powszechnego dziedzictwa to książka nigdy nie objęta prawami autorskimi lub do której prawa te wygasły. Zaliczenie książki do powszechnego dziedzictwa zależy od kraju. Książki należące do powszechnego dziedzictwa to nasze wrota do przeszłości. Stanowią nieoceniony dorobek historyczny i kulturowy oraz źródło cennej wiedzy.

Uwagi, notatki i inne zapisy na marginesach, obecne w oryginalnym wolumenie, znajdują się również w tym pliku – przypominając długą podróż tej książki od wydawcy do biblioteki, a wreszcie do Ciebie.

Zasady użytkowania

Google szczeni się współpracą z bibliotekami w ramach projektu digitalizacji materiałów będących powszechnym dziedzictwem oraz ich upubliczniania. Książki będące takim dziedzictwem stanowią własność publiczną, a my po prostu staramy się je zachować dla przyszłych pokoleń. Niemniej jednak, prace takie są kosztowne. W związku z tym, aby nadal móc dostarczać te materiały, podjęliśmy środki, takie jak np. ograniczenia techniczne zapobiegające automatyzacji zapytań po to, aby zapobiegać nadużyciom ze strony podmiotów komercyjnych.

Prosimy również o:

- Wykorzystywanie tych plików jedynie w celach niekomercyjnych
Google Book Search to usługa przeznaczona dla osób prywatnych, prosimy o korzystanie z tych plików jedynie w niekomercyjnych celach prywatnych.
- Nieautomatyzowanie zapytań
Prosimy o niewysyłanie zautomatyzowanych zapytań jakiegokolwiek rodzaju do systemu Google. W przypadku prowadzenia badań nad tłumaczeniami maszynowymi, optycznym rozpoznawaniem znaków lub innymi dziedzinami, w których przydatny jest dostęp do dużych ilości tekstu, prosimy o kontakt z nami. Zachęcamy do korzystania z materiałów będących powszechnym dziedzictwem do takich celów. Możemy być w tym pomocni.
- Zachowywanie przypisań
Żnak wodny "Google" w każdym pliku jest niezbędny do informowania o tym projekcie i ułatwiania znajdowania dodatkowych materiałów za pośrednictwem Google Book Search. Prosimy go nie usuwać.
- Przestrzeganie prawa
W każdym przypadku użytkownik ponosi odpowiedzialność za zgodność swoich działań z prawem. Nie wolno przyjmować, że skoro dana książka została uznana za część powszechnego dziedzictwa w Stanach Zjednoczonych, to dzieło to jest w ten sam sposób traktowane w innych krajach. Ochrona praw autorskich do danej książki zależy od przepisów poszczególnych krajów, a my nie możemy ręczyć, czy dany sposób użytkowania którejkolwiek książki jest dozwolony. Prosimy nie przyjmować, że dostępność jakiegokolwiek książki w Google Book Search oznacza, że można jej używać w dowolny sposób, w każdym miejscu świata. Kary za naruszenie praw autorskich mogą być bardzo dotkliwe.

Informacje o usłudze Google Book Search

Misją Google jest uporządkowanie światowych zasobów informacji, aby stały się powszechnie dostępne i użyteczne. Google Book Search ułatwia czytelnikom znajdowanie książek z całego świata, a autorom i wydawcom dotarcie do nowych czytelników. Cały tekst tej książki można przeszukiwać w internecie pod adresem <http://books.google.com/>

42.299-A

ALT-

St. 59. F. 92.



42299-A.

Historia Polonica,
VINCENTII
KADŁVBKONIS

EPISCOPI CRA-
COVIENSIS.



DOBROMILI

In Officina Ioannis Szeligæ. An-
no Domini 1612.

1911

1912

1913

1914

1915



DE KADLVBKONE

IOANNES DLV-
GOSSVS.

A NNO Domini 1207. Fuleo alias Pelka Cracouiensis Episcopus, cum annis vno & viginti sedisset, Vndecima die Mensis Septembris moritur, & in Ecclesia Cracouiensi sepelitur, genere nobilis, sed actionibus nobilior, plures libertates, priuilegia, & immunitates Ecclesie Cracouiensi, apud sedem Apostolicam, & signanter, vt Episcopus Cracouiensis, omnibus alijs Prouincie Episcopis ac Ecclesie Polonicæ, loco & voce prior sit, & inprimis Gnestuensi Archiepiscopo in consecrando manum imponat, obtinuit. In locum eius conformi electione Magister Vincentius Kadlubkonis de Karwow vico prope Opatow sito, Præpositus Sandomiensis, cum esset genere nobilis de domo & familia Kosze, licet aliquam dignitatem

De Kadlubkone

aut Præbendam in Cracouiensi Ecclesia non obrineret, propter excellentiam ingenij & doctrinæ, quæ polebat, postulatus, & ab Innocentio Tertio confirmatus. Cui naturæ prægnantis dotes, & fæcundus vterus præclarum ingenium contulerat, quem tam benigno lumine astra respexerant, vt sine externæ opis adminiculo condendo corpus Historiæ de annalibus Polonorum Magnificum perscriptum, literarum sensu expresserit, & literarum studijs decus & ornamenta, mores ingenuos, & normam certam viuendi adiecerit. Et quamuis ad illa vsq; tempora Duces & Monarchæ Poloniæ, qui apud Cracouiam Principabantur, ad suum beneplacitum sedem Cracouiens, contulissent, decedentibus ipsis, nouos pro suo laicali more substituendo, quidam tamen Prælati & Canonici Cracouiens, viri elegantes, & fortes columnæ, huic abusiõni & corruptelæ viriliter restiterunt, & vnanimiter prefatum Magistrum Vincentium in Episcopum Cracouiens, elegerunt, & electionem eius Innocentio Tertio Summo Pontifici præsentarunt, qui præsentatum confirmat, & per Henricum Gnesnens, Archiepi-

Ioannes Dlugoffus.

Archiepiscopum mandauit consecrari, fuit autem ex Prælatiſ Cracouiēſ. vnus Ioannes Archidiaconus, qui liberam electionem ipſi à Capitulo Cracouiēſi obrinuit.

I D E M.

A N N O Domini 1223. Vincentius Kadlubkonis olim Cracouiēſ, Episcopuſ, cūm annos quinque in Ordine Monasterij Andrzeiouiēſ. religioſè exegisset. Octaua die Menſis Martij laborum ſuorum immarceſſibilem coronam à Christo, propter quem omnia deſeruerat, percepturus, carnis ergaſtulo ſolutuſ eſt, & in eodem Monasterio in chori medio ſepultuſ eſt. Qui dūm Episcopalem Cracouiēſ. adhuc rexisset Cathedram, viuacitate ingenij, qua poſlebat, de rebus geſtiſ patriæ diſerſo, politicoque ſtylo (quæ incipit Tres, tribuſ ex cauſiſ theatrales odere ſolennitateſ) edidit Chronicam, quam ſic accuratè, cogitatèque ſcripſit, vt ad priſcorum laudem maximè acceſſerit, quos tantoperè admirantur. Multa de exteris geſtiſ, plura quàm de proprijs perſtringens per variaſ Hiſtoriarum, quidquid

Mathias Miechouiensis.

quidquid concinnum & aptum Polonis fuit, pulcherrima varietate intexuit. Quæ à multis Polonorum celebratur & legitur, & ob raritatem, tam domesticæ, quàm peregrinæ historiæ, & ob elegantiam scripti, grauitate verborum lucens non vulgarium, licet taxetur, à quàm plurimis quòd verbosus fuerit, alienarum Historiarum diligens, propriarum negligentior scriptor.

MATHIAS MIECHO- uiensis.

A NNO Domini 1207. Magister Vincencius Kadlubkonis de Karuow vico prope Opatow, nobilis de domo Kosze Præpositus Sandomiriens. propter ingenij excellentiam, per Capitulum Cracouiense in Episcopum Cracouiens. electus est, quamuis in Ecclesia Cracouiens. nullã obtineret Præbendam, ab Innocentio Tertio confirmatus, & ab Henrico Archipræsule Gneznen. consecratus.

I D E M.

I D E M Vincentius Kadlubkonis Episcopus Cracouiensis, habitum & ordinem re-

Mathias Miechouienſis.

nem religionis Cifterciēſ. in Monafterio Andrzejouieſ. profeſſus reſignato Epiſcopatu aſſumpſit, & ex bono factus optimus, nudus, nudum Chriſtum ſequutus eſt, Anno Domini 1216. Et poſt quinque annos ergaſtulo carnis ſolutus in Domino quieuit, Oſtava die Menſis Martij Anni Domini 1223. in Monafterio Andrzejouieſ. in medio chori ſepultus. Hic dum Cathedram Cracouieſ. regeret, Chronica Polonorum (quæ incipit: Tres tribus ex cauſis theatrales odere ſolemnitates) ſcripſit. Plura de exteris, quàm Polonorum geſtis, nodosè, & inuolutè, in primis tribus libris perſtringens.

MARTINVS CROMERVS.

ANNVS autem quo hæc acta ſunt, fuit poſt Chriſtum natum 1206. In ſequenti anno Fulco quoq; ſive Pelca, Cracouienſis Epiſcopus, Palatini frater vita exceſſit: qui ſibi, & ſucceſſoribus ſuis prærogatiuam loci & ſuffragij ſecundum Archiepiſcopum in Gneznenſi Prouincia, ab Innocentio Tertio Pontifice Maximo impetravit

Martinus Cromerus.

impetrauit. Successit autem ei Magister Vincentius, cognomento Kadlubkus, Præpositus Sendomiriensis, gente Roseus, vir doctus, ut tunc ferebant tempora, & pius; qui primus Polonorum, historiam gentis suæ conscripsit, liberis collegij sacri suffragijs creatus & expetitus, quamuis ipse in eo collegio non esset. Perfecerat enim id collegium per Ioannem Archidiaconum, ut libera sibi deinceps esset electio Episcopi. IN QVAM SE PRINCIPES PERVERSO MORE ETIAM TVNC INGEREBANT.

I D E M.

VINCENTIVS Cracouiensis Episcopus, cum basilicæ Cracouiensi, cuius supellex vniuersa, tacto de cælo arario conflagraret, multa contulisset, decimasq; nonnullas collegio eiusdem Basilicæ in distributiones quotidianas, & in lucernam quæ perpetua in templo arderet, addixisset. Episcopatu se abdicauit, ne quicquã aduersante Principe, ac disuadente collegio sacerdotũ: & in Andzeiouiensi Monasterio reliquos quinque vitæ annos religiosè exegit, cū 60. annis Episcopua fuisset.

Prefatio



SYPERILLVSTRI VENERANDO

Summè Nobili & præstabilis sa-
pientiæ Domino

HIERONYMO OSOLINSKI.

Sodalium Sacrorum Koprzywni-
censium Præsidi.

RATIONEM non existimo
reddendam esse nobis, cur
lucem Kadlubkoni, & luci
Kadlubkonem demus. Quis enim est
patriæ, quæ omnes charitates comple-
ctitur, ita non amans, ut non libenter,
& sciat, maiores nostros multis ante
seculis res præclaras gessisse: & legat,
ante quadringentos amplius annos
fuisse

Præfatio.

fuisse viros summa virtute & dignitate præditos, qui eas literis mandarint. Habent hoc singulare omnes liberi homines, vt optimi quiq; & facere, & dicere velint, nec minus sua ab alijs bene facta laudari, quam ipsi aliorum prædicare studeant. Nec satis scio, an non eadem Fata sint libertatis & literarum. Video Assyrios, Medos, & Persas, nec libertatem, nec literas gustasse, ideòq; , torrentis instar, magni sed turbidi. Hellada admiror, summum in vtroq; studium, summum in vtroq; splendorem, simul vtriusq; calum, & occasum. Romam, cuius nomen terris fatale regendis credebant, qui id cupiebant, ante oculos habeo: quid doctius? quid liberius? At cum eripuit vitã Pompeio Iulius, illi Brutus abstulit, hunc Octavianus, simulq; illorum Martem & Palladem,

Præfatio.

ladem, terra obruit : illicò res Curiaè rudiores, deteriores Imperij : imbelia & impolitia urbem, & ab illa, orbem occuparunt : Francia quò alijs Europæ oris francior, eò literarum cupidior : Superba Celtiberia, mirum, vt ad omnem seruitutem comparata, ita politas has, & politicas Deas ad se non aduocat, & illas amplectitur, quas magis gloriosum est, non nosse. V E N E T A Respubl. perfecti regiminis Idea, diuinarum humanarumq; scientiarum officina, sol in solo, solum in coelo, splendet in vtroq; : summos Magistratus non nisi summi in literis viri possidēt : ideò- que illorum Imperij, eos, quos mundi, terminos putamus & optamus. In Germania non minus hoc apparet, quæ discerpta, in parteis non germanas, vbi liberè viuit, præclara ingenia alit, vbi

Præfatio.

alut, vbi feruit, humi serpit. Musulmani, summo studio studia amplectuntur, sed illarum scientiarum, quas Ægyptus genuit, Astrorum, & quæ ab astris: morû & honestatis ratio incognita illis planè, hinc fit, vt omnia metu, cede, perfidia plena sint apud illos. LECHIA nostra inclyta, Diuûm domus. DIÆ LIBERTATIS templum, altisono cardine septû, non diuersa à sibi similibus. Sèper libertatè, & literas secuta, non semper affecuta. Exempla in numero. Quo æuo vel docti, vel doctorum amantes, quamuis hoc seiûgi nequit, quæ enim ignoti cupido esse potest? Publicæ rei præerant, res patriæ meliores, nec minima mutatio sine publico damno fuit. Hæc quia videri poterunt in Kadlubkone, quidni gratum cum fore existimem? & virum magnum nunquam
antea.

Præfatio.

antea visum palam nunc cernere & cognoscere, quidni iucundum fiet? Senatorem amplissimum, optime constituta Repub. se Magistratu abdicasse, & otio non otioso deditum, res patrias æternitati cōsecrasse, quidni admiratione dignum fiet? Alios duos præterea summos viros, cum optimo, post homines natos, Cazimiro Principe suavissime viuentes, iisdem studijs occupatos fuisse, quidni vniuerso orbi exemplum esse possit? Eum tuo nomini superillustri planè deberi existimo. Nam cui iustius aut potius? Antiquissimæ Stazarum familiæ viro, perantiquum ex Rosarum familia scriptorem: Virum Ecclesiasticum in summo honore constitutum, tibi Ecclesiastico, in patria digno summis honoribus: amantissimum patriæ virū, qui vt scribere quietius pos-

Præfatio.

tius posset, Episcopam Cracouiensem reliquit, O aureum seculū, & se clau- stro mancipauit: tibi cui nihil esse pa- tria charius vniuersa Respub. est per- suasa: Denique hominem optimum, tibi quo nihil maius, meliusue terris fata donauere boniq; Dij: quid ē quod is ipse Cazimirus autor Kadlubkoni- scriptiois fuit, qui hoc tuum claustrū & instituit & clausit? Sed satim? mi- nimè, patere obsecro te hic veris de- pingi coloribus, vt sciat omnis poste- ritas quare tu à nobis lectus & ele- ctus es, cui grauissimū & vetustissimū autorē dono demus. Quos tu, non a- micorum modo causa, sed quorumuis opem tuam implorantium, labores fers? Quos tu sumptus generis hu- mani planè causa facis? Quid præstā- tus tuo diuino iudicio orbis iudica- re potest, qui maximas totius Regni
lites

Præfatio.

lites domi tuæ discernis ? qui finium regundorū difficultates summas, breuissimo tempore determinas ? Summus honor erat Romæ, imò honorū omnium cumulus, in ætate senili de iure, quod vocabant, respondere, & in arbitrum frequenter eligi. quid tibi honorum deesse potest, qui virili hac ætate, amplissimæ huic Reipubl. ferè vtrumq; præstas ? Tanquam Sacram anchoram rebus dubijs te miser desiderat: certiores tripode dubius te exoptat: iucundiorē ipsa iucunditate quisq; amplectitur. quid ? omnibus officijs quæ grauibus, quæ amænis perfunctus, quid agis cū te Larē ad tuū cōfers, cū in te descēdis, cū tecum habitas, cū, inquam, arcanam illam Periandri Corinthiorum sapientis Principis meditationem, in

b

Præfatio.

nem, in qua ille totum esse positum verissimè dixit, suscipis? eam meditationem de qua Africanus dixit, nūquam se minus solum, quàm cum solus, hoc idem Diuinus Plato respexit, Si Tyrannorum, inquit, mentes recludantur. facile videre est ianuas Tyrannorum, splendet marmore: nec difficile est agnoscere illos, nitent auro: iucundum est aspicere, in fronte gemmæ, in vultu hilaritas, sed hæc omnia nihili sunt, si monstra illa cernere daretur quæ in pectoribus alunt. Externa itaq; tua satis omnibus placent. Nani vbiq; prudentia, grauitas, lepos, rarissimi Comites: sed multa homines simulare, multa dissimulare, possunt, sciunt. sed hoc quærimus, quid agis, cum nihil agis, aut veriùs cum nihil agere videris?

Præfatio.

ris ? cùm femotis arbitris parietibus
tuis te includis , ludicra fortasse ali-
qua , aut inania , vel , quæ nunc tem-
pora sunt , inhonesta , mentem tu-
am occupant ? Tùm demùm Pæa-
na gentis nostræ **B O G A R O -**
D Z I C A tibi concinnitur , tùm
demùm te quieti tradis. Heus tu,
cùm ego te satis benè noram an-
tea , tamen tùm primùm te nosse ce-
pi , tunc ego cor meum tibi man-
cipio obstrinxi , tunc mihi venit in-
mentem , ô si benignum Numen
ope eiusdem Sacrosanctæ **B O G A -**
R O D Z I C E te Reipublicæ ad-
mouere vellet , qualem & quantum,
Deus Bone , nobis Senatorem da-
res , at quo tempore ? Si fines Rei-
publicæ aspicias , ubique aut Bel-
lum , aut præparatio belli , aut in-
fidapax

Præfatio.

**fida pax. Si ipsam ? Graues Prin-
cipum amicitia, & arma, & ignes
suppositi cineri doloso. Hæc tuo
saluberrimo consilio iuuares, auto-
ritate fulcires, opinione virtutis tuæ
conseruares. Vale.**

**Tuus
D D.**



LECTOR



LECTOR. Iam Kadlubkonem
puto fatis nosti, nunc ut ipsius
mores noueris, non oderis adloquen-
dus mihi es. latinitas non probatur
inquis? Sane & mihi. cui cum eru-
endus esset ex antiquissimis iisque
viciosissimis exemplaribus vix credas
quantum molestiae susceperimus. sed
quid vis? vitium Kadlubkonis non
est, ætatis est. Pone tibi præ ocu-
los omnes omnium gentium circa
Annum Christi Millesimum scripto-
res, statues nostrum inter illos Tul-
gium esse. Vide etiam quanti apud
Dlugossum sit ipsius eloquentia. Re-
uera illi ingenium non defuit, &
arguta verborum ac sententiarum
compositio, loquebatur illa lingua,
qua tunc omnes, elegantissime. sed
quid

Ad Lectorem.

quid prohibet vt te meam artem doceam? nunquam ego ad illum legendum accedebam sine amuleto, nec recedebam sine antidoto. at quo? Cicerone. Idem tibi liberum est. Certe nisi Leonem Decimum Pontificem Maximum, & Franciscum Primum Galliae Regem benignum literis numen dedisset, O principes dignos meliore fortuna, & nunc in iisdem tenebris vixissemus. quid praeterea? adfert historias quasdam incertas, confusas, perplexas, quas nos vt bona fide purum putum, quod aiunt, tibi daremus, nec attingere volumus, quamuis aliter se rem habere sciremus. Fortè aut lapsus memoria, aut librariorum, quod facilius credo, ignorantia. Sed cum certo sciam om-

· Ad Lectorem:

am omnia nostra nobis, natura duce, placere, etiam si incultiora sint aliorum cultissimis, nec puto esse hominem tam insanum, qui ne poma Polonica edat, velit deserta libertate patria in Hispania seruire, ut ibi pomogranatis vescatur, longus hac in re non ero; hoc te solum moneo. Mirari me quod Cromerus summus reuera Patriæ nostræ Mistes illum primum historiam scripsisse dicat, cum nos duos priores Gallum Anonymum, & Baſkonem custodem Poznaniensem habeamus, tibi que daturi, Deo Duce, simus. Non ægrè ego fero stylum, errores alios, amore patriæ ardens, condono, sed hoc mihi dolet, quod meminit aliorum ante se scriptorum, & eos non nominat; viros præ-

Ad Lectorem.

ros præterea maximos, de libertate præclarè differentes introducit, nominibus illorum suppressis. Commentator iste quis fuerit scire non possumus, posteriorem tamen fuisse facile intelligimus cum Jagelloniorum meminerit. Non ouum ouo similis, quod aiunt, eadem ratio & rerum & verborum. Tamen nec hoc terruit me, vt labore non paruo, sumptu non vulgari eos tibi darem, quod & te à legendis & ediscendis illis, si sapias, non terribit. Vale.



HISTO-

HISTORIA
POLONICA,
VINCENTII KADLVBEK,
Episcopi Cracouiensis in eamque
Commentarius.

Legenti mihi illas Illustris Epistolas Cas-
siodori, non parum disertas, Theodo-
rici Regis, Reipub. Zelatoris occurrit elo-
quium seu Eulogium quod vigorose perstre-
pit, fausto suo proposito, per suum Orato-
rem Cassiodorum, lib. Variarum secundo
Epistola 35. sub his verbis redactum. A-
cerbum est nimis nostris temporibus anti-
quorum facta decrescere, qui ornatum Vr-
bium quotidie desideramus augere. Quod
cum memori mente digessim, dignum fore
reputavi, amore patriæ, exemplo veterum,
qui secundum Valerium Maximum lib. 2.
Cap. 10. de institutis antiquis; magna cha-
ritate patriæ tenebantur, pro nostri Regni
Poloniæ inuictissimi incremento non me-
dico, ge-

A

dico, ge-

dico, gesta vetustissima memoratu digna, ab ipso exordio, in Chronica Vincentiana verissimè contenta, pro posse repetere, virtutesq; ac vitia, verumetiam victorias cælitus Poloniæ concessas, ad modernorum notitias reducere: vt ad studia bonorum ætuum prouocarentur voto ipsorum, & Polonorum inuitarentur corda sequentium. Succedaneorum enim omnimodæ strenuitatis experimenta, omnimoda honestatis insignia, ex Maiorum factis exemplaribus, veluti ex quibusdam speculis dignoscuntur, resultare. Teste Ioanne Policrato in prologo libri primi sic inquit. Exempla maiorum, quæ sunt incitamenta & fomenta virtutis, nullum omnimodè exigerent aut seruarent, nisi pia sollicitudo scriptorū & singularis diligentia eadem ad posteros transmisisset. Quis enim Alexandros sciret aut Cæsares? Quis Stoicos aut Peripateticos miraretur? nisi eos insignirent monumenta Scriptorum. Quis Apostolorum & Prophetarum amplexanda imitaretur vestigia? nisi ea posteritati, diuinæ literæ consecrassent. Arcus triumphales tunc profuerunt Illustribus viris ad gloriam, cum ex quibus cau-
sis, &

his & quorū sint impressa docet inscripto. Nullus enim vnquam constanti gloria claruit, nisi ex suo vel scripto alieno. Cui alludit Petrus de Vineis Epistola prima sic inquit: Illos felices describit antiquitas quibus ex alieno præstatur cautela periculo. Status namque sequentis paratur ex principio præcedentis. Vt impressionem cera recipit ex sigillo, sic humanæ vitæ formatur moralitas exemplo. Sanè animaduertens, quod deceat omnes gratanter impendere laborem Reipublicæ & vtilitates eius respicere, ipsosquē suos decet incolas de augmento suæ patriæ cogitare, quoniam teste Cassiodoro libro primo, Epistola vigesima prima, Vnicuiq; patria sua charior est, quā supra omnia saluā fore quærimus vbi ab ipsis incunabulis cōmoramur. Et merito: quoniam secundum Tullium libro de officijs I. Cum omnia ratione lustraueris, omnium societatum nulla est gratior, nulla charior, quā ea quæ cum Republica vnicuique nostrum est, chari sunt parentes, chari liberi, familiares & propinqui, sed omnes omnium charitates patria complexa est pro qua quis bonus non dubitet mortem oppetere.

si ei sit profutura. Ab ipsa enim patria lux-
ta Venerabilem Philipū de Pargamo, in re-
giminis speculo parte V. præcepto XVIII.
multiplex nobis præparatur utilitas. Patrie
enim nobis necessaria ad vitæ corporalis
sustentationem alimenta, videlicet, quibus
pascimur, indumenta, quibus tegimur, ha-
bitacula quibus ab imbribus, ventis, æstu
& frigore tutelamur. Tribuit insuper nobis
patria vitæ necessaria, ad humani generis
conseruationem: In patria enim crescimus
& multiplicamur, & genus humanum con-
seruamus. Largitur etiam nobis patria vitæ
necessaria, ad vitæ Moralis eruditionem: vt
puta Doctores, Rectores, Iudices, per quos
in bonis moribus informamur, in scientiâ
erudimur & vitij naturæ humanæ infe-
stis refrenamur. Ideo Cato ascribit dicens:
Pugna pro patria non solum armis bellicis,
verumetiam gestorum ipsius patriæ cōmen-
dationibus veridicis: Quod quidem indubi-
tante potest quis ad effectum producere,
dum Chronicarum Seriem ad noticiam singu-
lorum gestiar promulgare, De numero qua-
rum aspectibus nostris offert se Chronica
Vincentiana inter cæteras præcipua, in Hi-
storijæ

KADLVBKONIS. §.

Historijs verissima, in serie verborum prædiferata, aureas patriæ nostræ Poloniæ columnas, veras Patrum nostrorum effigies, originaliter edisserens, ac tumultus bellis diuina luce ordinatos, scalatim enucleans. Circa cuius initium quædam generalia pro specialium notitia declarabo contenta. Si bene vis scire librum, prius ista require. Vtilitas, titulus, intentio, pars Sophiæ. Quatuor causas rem totam perficientes.

Vtilitas coincidit cum causa Finali scientiæ huius libri. Titulus autem sicuti aliquoties in principio istius Chronicæ reperi, ponitur iste **CHRONICA** de gestis Principum Poloniæ. Quam lector sciat esse editam à Matthæo quondam Cracouiensi Episcopo, in qua per modum Dialogi in Colloquendo cum Ioanne Archiepiscopo Gnesnensi, tres libros ediderunt, quartum autem addidit Vincentius Cracouiensis Episcopus. Dicitur primo in Titulo **CHRONICA**, quo nomine vtuntur multi à Chronos Græcè quod est tempus Latinè. Inde Chronicus chronica, chronicum, est temporalis vel terrenus, vel antiquus, & hæc Chronica, arum, scilicet tempora, vel

pora, vel temporum series, vel ordo, vel scripta, vbi tempora continentur, vel facta diuersorum temporum. Et corripitur.

Dicitur. De gestis Poloniæ. Vnde Polonia regnum speciosissimum à polo Arctico nominatur, quod in sequentia de S. Stanislao canitur: Vt res gesta protestatur. Verax nomine eloquatur. A polo Polonia. Dicitur etiam Polonia à Castro Pole quod in finibus Pomeraniæ situm fuerat antiquitus. Dicitur etiam Polonia alio nomine **VANDALLIA**, à Vandalo primo genito Negnonis, qui ex nomine suo fluuium, qui nunc Wissa vulgariter nuncupatur Vandalū censuit appellari: nam & mons de quo fluuius prædictus oritur ab eiusdem nomine vocatur. Hic Negro de stirpe IAPHET processerat. Eatenus Poloni sunt de stirpe Iaphet, qui fuit filius Noe. Cui cum pater benediceret, hoc Spiritu Dei instigante intonuit: Dilaret Dominus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem, sitque Canaan seruus eius. Gen. 9. Hic Iaphet inter filios quos genuit, vnum habuit, cui nomen erat **IWIN**, quem Poloni vocant **IAN**, Rutheni verò **IWAN**. Iawin genuit Alamphilarem. Alāphilares

Alāphilaes genuit Alay, Alay autem genuit Anchisen, Anchises autem genuit Aeneam. Aeneas autem genuit Ascanium, Ascanius autem genuit Almus. Almus, qui primus Europā intrauit genuit Negnonem, Negro autem quatuor filios genuit, Cuius primogenitus fuit Vandalus, à quo Vandalitæ sunt nuncupati. Secundum computationem verisimilem, fuit circa tempora Sancti Ioseph filij Iacob Patriarchæ. Sic enim Ioseph à computatione Noe fuit in tredecima generatione. Sic & Vandalus per aliam lineam descendendo. Hic Vandalus multos habuit filios, qui generationibus suis vltra quartam partem Europæ per Regiones & Regna semen suum multiplicando possederunt, videlicet Russiam vsque ad Orientem, Pomeraniam, Sueciam, Cassubiam, Sarbiam, quæ nunc Saxonia dicitur, Bohemiam, Morauiam, Styriam, Carynthiam, Carneolam, Sclauoniam, quæ nunc Dalmatia, dicitur, Croaticam, Pannoniam, quæ nunc Vngaria nuncupatur, Bulgariam & alias quamplures terras, quarum multitudo propter prolixitatem in quadam alia Chronica Polonia

loniæ subdetur, Quæ gentes in Regna multa & fortia postmodum exereuerunt, & multas tandem nationes, exterminantes earum Regiones, sibi met vendicarunt. Sic etiam reperitur in Chronicis Romanorū. Quorum regnorum omnium POLONIA terrarum maxima mater extitit & Domina, de cuius dicitur postea ampliori claritudine. Dicitur etiam Polonia Vandalia, à Vanda Filia Graci, à qua successu temporis Vandalitæ sunt nuncupati. Et de hoc manifeste habetur in Chronica præfenti: Polonia etiam Lechia nuncupatur, à qua Lechitæ suam sumpserunt originem, quæ à Lech Seniore filio Annonis nomen accepit. ANNON enim legitur tres filios habuisse, Lech, Rusz & Czech, de quo satis clarè ponitur in Chronica Polonorum. Verisimile tamen est, quod isti sibi inuicem succedentes, famamq; post mortem suam habere gestientes, Prouinciā suam suo intitulabant vocabulo. Sic etiā patet in Intitulatione Ierusalem, quod olim vocabatur Salem, deinde Iebus, & tandem Ierusalem.

Dicitur in titulo: Per modum Dialogi. Vnde Dialogus penultima correpta, idem est

KADLVBKONIS. 9.

idem est, quod sermo dualis videlicet qui versatur inter duos. Et dicitur à dia quod est duo & logos sermo, id est duorum sermo.

Dicitur in titulo, à MATTHEO Et sibi tangitur auctor huius libri & operis. Secundum autem alios, & videtur verius ponitur iste titulus. **CHRONICA VINCENTIANA** de gestis Illustrium Principum ac Regum Poloniae. Dicitur in titulo **VINCENCIANA**. Aiunt enim quidam Vincentium quondam Episcopum Cracouensem huius Operis esse Autorem. Qui cum fuisset verus cultor humilitatis, nomen suum subiecit. Secundum verò alios iste ponitur Titulus: **CHRONICA** de gestis Illustrium Principum & Regum Poloniae, per Ioannem Gnesnensem Archiepiscopum, & Mattheum Cracouensem Episcopum per modum Dialogi edita. Et hoc est verum luculenter, quò ad primos tres libros, quos ipsi loquentes inter se per modum Dialogi scripto tenus ediderunt. Reputo ego inter cetera verius, ut potest colligi, Processu istius totalis libri & successu temporum quòd Autores praesentis totalis Operis fuerunt tres insignes viri. Ioannes Archiepiscopus,

A S

Matthaeus

Matthæus & Vincentius Cracouienses Episcopi Primi duo, quò ad primos libros tres in edendo. Vincentius verò quò ad formam in redigendo; ipse verò solus Vincentius, quò ad quartum librum in componendo. Ea enim gesta, quæ ipsi retroactis in suis scripserunt temporibus, Vincentius in hanc formam posuit, & Proæmium præmisit, motus instantia ac votis Ducis Gazimiri. De gestis verò suis temporibus occurrentibus, quartum librum compleuit & illis tribus primis libris adiecit. De Autore autem huius Operis non est pertinaciter disputandum; Cum secundum intentionē Venerabilis Senecæ libro quarto de virtutibus Cardinalibus, Nō audientem debet mouere dicentis autoritas, Cum non quis, sed quid & quomodo dicatur est propensius attendendum. Veritas secundum Damascenum, à quocunque proferatur, à Spiritu S. originaliter deriuatur. Et in istis præmissis Titulis non debet poni hoc verbum **INCIPIT** secundum Remigium ideo, quia Titulus non est aliud quam nomen libri: Hoc autem verbum Incipit, non est de essentia alicuius nominis. Cum enim quæritur: **Quomodo ista Chronica intitulatur?**

intitulatur & malè reddetur. Incipit Chronica, sed debet responderi simpliciter, Chronica de gestis &c.

INTENTIO est, dicta & facta memoratu digna priscorum Polonorum in scriptis seriatim redigere, & Polonos succedentes, seu succedaneos ad res Militares, strenuos virtuosos, & honestos prouocare. Subordinatur autem noticia præsentis Operis parti Philosophiæ Ethicæ seu Morali propter hoc enim veterum exempla strenua & honesta referuntur, vt postea ipsi suorum vestigia sequantur. Iuxta illud Catonis: Multorum cum facta senex & dicta recenses. Fac tibi succurrant iuuenis quæ feceris ipse. Teste enim Ioanne Polierato in prologo libri secundi, Omnia cedunt in vsum sapienti, habentquè materiam virtutis exercendæ, quæcunque dicuntur aut fiunt, euentus laudabiles & ad virtutem animum addunt. Quicumque ad beatitudinem proficit, manu virtutem apprehendit, plenam enim nobis dant fiduciam præterita de futuris, Teste eorum Petro de Vineis parte quarta Epistola LXXV.

CAVSAM autem materialem propriè dictam

dictam notitia præsentis operis non habet, cum sit simplex qualitas in anima : habet tamen causam Materialem improprie dictam, quæ dicitur Materia circa quam. Et est gesta memoratu digna Illustrium Principum & Regum Poloniæ.

CAUSA verò finalis, Tractatus est. Diuisio Totalis libri in quatuor libros partiales. Causa verò formalis tractandi est modus agendi profanicus. Scripsit autem Autor Opus præfens profaicè potius quàm Metricè, ideò, quia quamuis metrum delectat, tamen quia breuiter & imperfectè Historiam explanat, igitur potius Historias profaico sermone Autor voluit perfectè describere, quam eas metrico stylo studiisque imperfectis dictare. Vnde Policratus in prologo libri quarti, Non solent, inquit, ad vnguem grandia sine mora lustrari. Nec facile est Prouinciarum longitudinem & latitudinem in momento transcurrere. Sic res magna succinctè quidem à sapiente proponitur, sed nunquam perfectè sub angustia sermonis nimia explanatur. De causa Efficiente, seu Historiographo vel Chronographo, dictum est in primo titulo. Causa autem

sa autem efficiens mouens, fuit Illustrissimus Princeps Cazimirus, Zelator Reipublicę Regni Polonię peroptimus, qui pro suo tempore bonum Regni Polonię per veterum gestorum relationem studuit promouere, & in futurum id ipsum pro posse suo adaugere. Causa autem finalis intensiua est cognitio gestorum Illustrium Principum & Regū Polonię. Extrinseca verò est finis propter quem quis studet isti Chronicę, vt propter vrbauitatem & eloquentiam, vel propter scientiam, per quam possit vitia repudiare, & amplecti virtutes, per quas valeat deuenire in beatitudinem, Iuxta illud Psalmo 118. Omnis consummationis vidi finem latum mandatum tuum nimis. Et iste est finis optimus, teste Gregorio Nazianzeno in principio sui Apollogi, sic inquit: Optimus ordo est, vt totius verbi vel Operis à Deo nobis origo & in Deum consummatio referatur. Non diutius hunc prorrahā Prologum, quoniam scribitur 2. Mach. 2. Stultum est ante materiam efflui, in ipsa autem materia succingi: Et merito: quoniam teste Francisco Florentino Poeta laureato, in Proæmio primi libri,

libri, De remedijs vtriusque fortunæ, longior præfatio libellum præueniens nõ aliud quàm prægrande caput premit corpus exiguum. Nihil est enim sine mensura ac partium proportione formosum, ideó ad textum iam est accedendum.



VINCENTII KADL VBEK.

DE gestis Polonorum Liber I.

Præfatio.

"Tres" **V**eteres, tribus ex causis theatrales oderunt solēnitates. Primi nomen Codrus, secundi Alcibiades, tertij Diogenes. Codrus, quia pauper & pannosus habitu: Secundus, quia specie præinsignis: Tertius, quia & morum venustate conspicuus, & animi erat grauitate fecundus. Primus, ne ridiculam per se pauperiem omnium exponeret risui. Secundus, ne formæ exciperet

tipèret in se periculum. Tertius ne castissimam
 prudentiæ Maiestatem scurrili prostitueret
 incestui : maluit enim Codrus aliorum sibi
 subtrahere spectacula , quã de se alijs præbe-
 re spectaculum. Quia nullum est inter pur-
 puras & pannositates sodalitiij fœdus. Ele-
 git & Alcibiades potius domi delitescere
 inglorius , quàm formæ dispendio de forma
 gloriari , quia nihil tam naturaliter est con-
 spicuum , quod lipientes oculos non fasci-
 naret inuidiæ. Rursus censuit Diogenes vul-
 gi consortia dedignari , propter prudentiam :
 quia sarius est in solitudine venerari , quàm
familiaritate contemni. Et huius quidem pa-
 gellæ rudis macies , leiuna rûditas , ab
 Alcibiadis est curiositate secura : superstiti-
 osus est enim fascium timor , nec habet
 despectus quid de formæ existimatione per-
 dat. Sed nec Diogenis nos licet diuina
 vrget sententia , quibus nec stillantis gutu-
 lam gratiolæ prudentiã indulsit. Codri dun-
 taxat territamur imagine , cum publicis assi-
 dentium exposita insidijs nostra sit tenuitas ,
 nec etiam pannosum quo pudori consu-
 leret habeat amiculum. Non enim adole-
 scentularum inter Musas collasciuire cho-
 ris , sed

ris sed sacri Senatus tenemur suggestui affi-
 stere, non umbratiles palustrium cannarum
 arundines, sed aureas patriæ columnas, non
 puppas fictiles, sed veras patrum effigies,
 de sinu obliuionis, de ebore antiquissimo iu-
 bemur excedere, imò diuæ, lampades lucis
 in Arce Regia arcemur appēdere, & bellicis
 inter hæc tumultibus insudare. Sed aliud est,
 quod in circumspectione præcipiti, quadam
 ostentationis libidine, quod quæstus esurie
 præsumitur, & aliud quod imperatrix obsequel-
 læ necessitas infligit. Non enim ea me scri-
 bendi præsumptio exagitat, non ea gloriollæ
 instimulat ambitio, non luelli rabies
 inflammat, vt post totiens expertas pelagi
 delicias, post totiens enatata laborum nau-
 fragia, rursus in eisdem delectet syrtribus
 naufragari: non nisi namque asini palato
pro lactucis sapit carduus, nec nisi pror-
 sus insipiens suauitate capitur insipida, sed
 iniusta est iustæ præceptionis declinatio. In-
 tellexit nimirum strenuissimus omnimodè
 strenuitatis experimenta, omnimoda hone-
 statis insignia, ex maiorum exemplaribus
 velut ex quibusdam speculis resultare. Cer-
 tius siquidem iter capitur, duce præuio lu-
 ce præam.

cę præambula , ac venustior est effigies mo-
 rum , quàm venustas præfiguratur exemplaris.
 Auitarum itaque virtutum posteris dilargi-
 ens participium , mihi scriptori calamo fragi-
 li , ac si arundineo , humeris Pigmei onus
 imposuit Athlantis. Non alia fortè per-
 suasus ratione , nisi quod auri rutilantia gem-
 marum nitor artificis ruditate non vilebit ;
 sicut & Sydera teterrimis Aetiopum demõ-
strata digitis non nigrescunt : Nec subtilis
 esse artificis , si ferrum purgatur à rubigine ,
 si aurum eliquatur à scoria. Quia igitur stul-
tum est luctari cum onere , quod declinari non
potest , enitar pro viribus , dummodò me tali-
 um consecetur comitiua , qui huius auspiciũ
 itineris dulci coreulo confoueat , qui & casum
 in præcipiti , & lapsum non mirentur in lubri-
 co , quorum aggratulatione socia , nec
 onus sit oneri , nec dispendiũ videatur dispen-
 dio ; In via enim iucunda societas , est viæ vehi-
 culum. Illud denique apud omnes precor esse
 impetratum , ne omnibus passim de nobis detur
 iudicium , sed eis duntaxat , quos ingenij elegã-
 tia , vel vrbanitatis commendat claritudo , ne
 cui nos prius liceat despiciere , quàm perdili-
 gentissimè despexisse. Non enim sapit Zinzi-

B

ber nisi

ber nisi masticatum: nec est aliquid, quod in transitu delectet: sed est inciuile, re imperfecta de re iudicare. Qui ergo parcè laudat, parcius vituperet.

COMMENTARIVS.

ISTE liber, cuius subiectum est, gesta Illustrissimi Principum & Regum Poloniae, principali sua diuisione, diuiditur in duas partes, scilicet, in Prologum seu Proæmiū, & partem executiuam, quæ incipit ibi. **F V I T Q V O N D A M I N H A C R E P V B.** Prologus seu Proæmiū in tres partes principales diuiditur. Secundum quidem Proæmiū iuxta Philosophum in sua Poëtica tria debet facere: Debet enim Auditores reddere dociles per materiae facilitatem, beneuolos & attentos. Primò igitur Autor in isto Prologo reddit Auditores dociles per materiae facilitatem. Secundo beneuolos per materiae dignitatem, ibi. **N O N E N I M A D O L E S C E N T V L O R V M.** Tertio, Attentos, per materiae arduitatem seu necessitatem, ibi. **S E D A L I V D Q V I D E M I N C I R C V M S P E C T I O N E** præcipiti. Circu

Circa literam notandum est: Veteres tribus ex causis &c. **SENSVS EST.** Tres Philosophi oderunt theatrales ludos seu spectacula & solennitates ex tribus causis. Quorū primus fuit Codrus, qui odio habuit spectaculorū ludos propter tres causas. Prima est, quia fuit pannosus, lacer habitu, de quo meminit pauper Henricus lib. 1. Secunda causa, ne sic paupertatem suam omnium hominum exponeret ridiculo. Tertio. Codrus elegit sibi subtrahere spectacula, ne alijs de se sic præbuisset despicabile spectaculum. Vnde. si expers vestis nuptialis, de quo Matthæi 22, fuisset Codrum imitatus, non fuisset in tenebras exteriores missus: sed quia lacer venit ad Conuiuiorum delectationes, idè tanquam despectus & differens ab alijs, missus est in tenebras exteriores. Secundus Alcibiades dedignabatur ludos theatrales propter tres causas. Prima causa, quia speciosus & pulcher valdè extitit, sic, quod quasi omnes sœminæ rapiabantur eius pulchritudine, de quo refert Valerius Maximus libro 1. de Prodigijs cap. penultimo. Quod miserabilem exitum suum aut falaci nocturna imagine speculatus

est, quo enim pallio amicæ suæ dormiens opertum se videret, eodem interfectus insēpultus iacens conspectus est. Secunda fuit causa, ne sua speciositate quempiam scandalizaret. Tertio. Alcibiades elegit domi manere in gloriæ, quàm de formæ dispendio, id est. cum damno formæ gloriari. Tertius verò Diogenes refutauit theatrales solennitates etiam propter tres rationes. Primo, quia moribus & virtutibus extitit plenus, & grauitate animi copiosus: leuium enim est spectacula intueri. Secunda ratio, Ne prudentiam per spectacula aliquantenus prostiueret scurrili incestui, hoc est, confusione. Tertia ratio: quia homines in theatro existentes, non sunt digni vt ipsis tales, qualis fuit Diogenes, conuersentur. In theatris enim viri prudentes contemnuntur, & vesani honorantur.

NON ENIM ADOLESCENTULARVM &c. Hæc est secunda pars Prologi: In qua Autor reddit Auditores beneuolos per materiæ dignitatem. Si illustri Princeps Casimirus Vincentium quondam Episcopum Cracouiensem induxisset, vt præsens opus compilasset, & in
compi-

compilando solas Poëtarum voluptates ad lasciuïam prouocantes recitasset, Vincentius in hoc ipsum exaudire non debuisset, quòd sua petitio non fuisset licita: non enim uiris Catholicis licet in voluptatibus Poëticijs ad lasciuïam prouocantibus se exercere, & tempus vitæ concessum penitentiaë, in negocijs uilibus, & uanis consumere. Sic etiam Si Princeps Casimirus Vincentio permisisset, ut præsens opus compilasset, negotiaque ignobilia, obscura, & plebeia in eo dictasset, Vincentius ipsum & in hoc nõ debuisset exaudire, quia sua petitio, siue intentio porrecta de uanitate ac superstitione fuisset suspecta. Cæterum, Si supplicatio Principis Casimiri prætendisset, ut Vincentius aliqua figmenta dictasset, in his etiam Vincentius ad exaudiendum Principem Casimirus non fuisset obligatus, quia satis hoc adhuc sapit curiositatem. Quia uerò Illustris Princeps Casimirus iugessit Vincentio, ut imagines Patrum, tanquàm patriæ aureas columnas, à radice obliuionis & ignorantiaë de Ebore & Osse Elephautico antiquissimo excidisset, ac perenni munitione posteris, scripturæ testimonio, reli-

quisset, ipsasque veluti lucernas diuinæ gratiæ, inclyto Regno Poloniæ appendisset, per tumultuum bellicorum relationem ad posterorumq; animationem. Idcirco Vincentius ipsius petitioni, tanquam dignæ & iustæ acquieuit, huncquè librum, in quo gesta memoratu digna, referuntur, sic compilauit. Et hoc claret, quòd Autor per litteram præsentem reddit Auditores beneuolos per materiæ dignitatem.

SED ALIUD EST &c. Tertia pars Prologi in qua Autor reddit Auditores attentos per materiæ arduitatem seu necessitatem. Primo ponit **Quadruplicem** modum scribendi, secundo, causam ineuirabilem ad scribendam ipsum impellentem, cum hoc labori se huic subiciens, cum cautela ibi, **SED INIUSTA EST &c.** Tertio. Captat beneuolentiam singulorum, precando de se cautum iudicium ibi. **ILLUD DENIQ; APVD OMNES PRECOR &c.** vt videlicet, non omnes latè, & indifferenter de isto opere habeant iudicare, sed solum illi, qui ingenij subtilitate ac excellentia sunt decorati, facièq; elegantia existant illustrati. Nec mox
 viso te-

viso tenore literæ, habeat quis statim præsens opus contemnere, sed prius stylum exactè perpendere. Cum enim exactè sic stylum perpendit, vrbanitatem in hoc opere inuenire poterit, sicut patet per simile in Zinzibere, quod cum masticatur, sapor in eo inuenitur. Si vero masticatum non fuerit, saporem nullum diffudit. Secundum simile: In motu enim delectatio non habetur, nisi ad quietem, quæ est terminus motus, perueniatur. Qui ergo in præsentí opere de ipso aliquid Iudicium præferat, inhumanus & iniustus fieret, quia nihil baptizatur, nisi prius fuerit genitum. Præsens ergo opus qui non vult laudare, non debet vituperare. Quia irreprehensibilis est nimia laudatio, ac etiam immoderata vituperatio, illa quidem adulatione, hæc autem malignitate suspecta est.

EPISTOLA I. IOANNIS ARCHIEPISCOPI Gnesnensis.

De immésitate Regni Poloniae, & de victoria ex finitimis eius marinis & transmarinis nationibus obtenta.

B 4

Fuit

Fuit quondam in hac Republica virtus, quam velut quædam cæli luminaria non scripturæ quidem membranulis, sed clarissimis gestorum radijs patres conscripti, illustrauere. Non enim plebei aborigines, non vëdicarië illis principatæ sunt potestates, sed Principes succedanei, quorû strenuitas, licet nube ignorantiaë obducta videatur, mira tamen rutilantia, tot seculorum tempestatibus extingui non potuit. Memini siquidem collocationis mutuaë virorum Illustrium, quorum tantò fidelior est recordatio, quantò celebrior viget auctoritas. Disputabant Ioannes & Matthæus, ambo grandæui, ambo sententijs graues, de huius Reipublicæ origine, progressu & consummatione. Cum Ioannes quæso, inquit, mi Matthææ, sub quonam conceptam existimabimus nostrarum Constitutionum infantiam: Nos enim hodierni sumus, nec vlla hesternitatis est in nobis cana scientia. MATTHÆVS. Scis quia in antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia, me verò in hac parte infantulum fateor, vt etiam vtrum huius instantis simplex aliqua præcesserit portiuncula, prorsus non nouerim. Quod tamen
perueridi-

per veridicam maiorum narrationē condidici, non silebo. Narrabat itaque grandis natu quidam, infantissimæ numerositaris manum quondam hic viguisse, vt tanti Regni immensitas vix vnus ab eis iugeris extimatione censeretur. Ideò illos non dominandi ambitus, non habendi vrgebat libido, sed adultæ robor animositatis exercebat, vt preter magnanimitatem nihil magnum extimarent, vt suarum accessiones virtutum, nullis vsq; in terminis limitarent: nec enim virtutes dignarentur limitum ergastulis includi. Hi etiam transfinitimorum fines suæ titulis victoriæ asculperunt: Non solùm enim cis marinas vndique nationes, sed etiam Danomalchicas insulas suæ coniecerant ditioni: quarum non inualidas legiones prius naualibus fudere prælijs: deinde intimis Insularum præcordijs infusi, omnem clientulam subiiciunt nationum, Rege quoque ipsorum Camito in vincula coniecto. Quibus duorum data est optio, vel vectigales perpetuo recognoscant pensiones, vel cum mulieribus indifferentes habitu, comas muliebritè promittant, argumentum scilicet imbecillitatis fæminæ. Illi dum altercantur de

tur de altero, vtrunq; suscipere coguntur: minor tamē erat obsequelæ recognitio, quā ignominia cauterium. Prudentius enim fama consulitur, quā paratur diuitiæ. Diuitiæ siquidem in infamia possessæ, nomen diuitiarum demerentur. Huius vero Camiti nepos uitam vlceisci volens iniuriam, in ipsos transtulit vltionem. Extorquere non poterat: quia enim Daci prius cum Polonis, deinde cum Bascarnis malè pugnauerant, ad vltionem segniciei, capturi somnum, capita loco pedum ponere iussu Regis coacti sunt, & ministeria vxoribus quæ vitis antea fieri solebāt facere, donec ignominiam bello conceptam delerent.

COMMENTARIUS.

ISTA est pars executiua huius operis, in qua iam Autor in prologo sua intentione præmissa, eandem prosequitur intentionē, gesta in clyta Regni Poloniae describendo. Et diuiditur hoc opus in quatuor libros partiales. Primus liber in tot partes diuiditur, quot in eo Epistolæ continentur. Circa litteram est notandum. Secundum Isidorum 19. libro

libro Etimologiarū. Quod Respublica est si-
cut quoddam corpus, quod diuino munere
animatur & regitur. Et hoc est. Tangit Ali-
mandus in Chronicis lib. XI, quibus as-
sentit Polieratus lib. 1. cap. 2. sic inquit.
Respublica est corpus quoddam, quod diui-
ni muneris beneficio animatur, & summæ æ-
quitatis agitur nutu, & regitur quodam
moderamine rationis. Princeps capit in
Republica obtinet locum viri subiectus Deo,
& his qui vices illius agunt in terris, quem-
admodum & in humano corpore ab anima
vegetatur caput & regitur. Cordis locum
Senatus obtinet, à quo bonorum ac malo-
rum operum procedunt initia. Oculorum,
aurium & linguæ officia sibi vendicant Iu-
dices & Præsides Prouinciarū, ac Oratores,
Officiales, & milites manibus cooperantur.
Qui sæper assistunt Principi, lateribus assimi-
lantur. Quæstores & Comites rerū priuata-
rum, ad ventris & intestinorū referuntur ima-
ginē. Pedibus verò solū iugiter in-
hærentibus agricolæ cooptantur.

EPISTOLA II. MATTHÆI Episcopi Cracouiensis.

De mul-

De multis conflictibus Polonorum & triumphis ex Gallis & Romanis.

FAMA est, Gallos pænè totius orbis tunc Regna occupasse, quorum multa milia multis hæ manus strauere conflictibus: reliquos, diu afflictos, ad sodalicij fædus compulere, vt si quid eis aut sorte, aut virtute apud exteros accessisset, æqua vtrisque obtingeret portio, Gallis itaque vniuersa cessit Græcia. Istorum verò hinc, vsque Parthiam, istinc, vsque Vngariam, illinc, vsque Carinthiam, creuit accessio. Vbi post multos cum Romanis conflictus, post multorum multa bellorum discrimina, Vrbes occupant. Præfectos constituunt, quemdam nomine Gracum Principem creant. Sed tandem illius gentis luxu segniter dissoluti, mulierum paulatim emolliti lasciuia, priores quidem veneno extinguuntur, cæteri iugo indigenarum substernuntur, sicq; omnium armis inuicti paucorum segnitie vincuntur.

Commen-

COMMENTARIUS.

Notandum est : Gallus est quidem Au-
 uis Phrygiæ, de quo homines po-
 tantes, ebrj & vesani efficiuntur. Inde Gal-
 lica est regio. Et sunt tres Galliæ. Co-
 mata, Togata, & Braccata. Gallia comata
 est Lombardia : Gallia togata est Burgundia :
 Gallia verò Braccata est Theutonia, à lon-
 gis braccis. Et ideò per Gallos hic in-
 telliguntur Germani seu Theutones.

Item Notandum. Quod fædus, id est
 pactum vel pax, quæ fit inter dimicantes,
 fuit ex quadam consuetudine pacem facien-
 tium, quod tenebant porcã inter se, &
 ipsam porcã percutiebant, & turpiter in-
 terficiebant, quasi sic occidatur ille, qui
 à pace resiliret : Et ideò dictum est fædus
 à porca fada, id est turpiter occisa.

EPISTOLA III. IOANNIS Archiepiscopi Ghesnensis.

In qua confirmantur gesta, in prædi-
 cta Epistola contenta.

Nihil

NIHIL hic fictum; nihil simulatum. sed quicquid asseris, verum ac serium ex antiqua præsumitur historia. Galli enim, ut ait Trogus, cum eos patria non caperet, trecenta millia ad sedes novas quærendas miserunt, Ac ex eis portio in Italia consedit, & Romam captam incendit. Alia per strages barbarorum penetrans, in Pannonia consedit, ubi victis Pannonis cum finitimis multa bella gesserunt. Verisimilè igitur ac certo certius est, cum hac gente eos concertasse. Non enim sine collisione conquiescunt continuo fluctus oppositi, nec diu vicinari sustinet Leo cum Tygride. Quippe non benè torrentes rippa voluntur eadem, quos rapit opposito turbine vis eadem.

COMMENTARIUS.

NOTANDVM est. Quod Historia dicitur visio, vel cognitio. Antiquitus enim nullus scribebat Historiam, nisi qui inter fuisset, & ea quæ scribenda essent, vidisset. Et dicitur ab Histeron, quod est videre vel

dere vel cognoscere : quia diu præterita ad nostram notitiam & memoriam reducit. Est enim Historia res gesta, à memoria hominū propter vetustatē remota. Et inde Historiographus, & Historiographia, id est, Descriptio Historiæ.

ITEM. Notandum : Quod à barbaris dicitur barbarus, id est crudelis, incultus, austerus, stolidus, & est nomen crudelitatis. Vnde olim omnes gentes dictæ sunt barbaræ, præter Græcos & Latinos.

ITEM. Pannonia secundum quosdam est mater & origo omnium Sclavorum & earum nationum. Pan enim, secundum Sclavorum ex Græco interpretationem, totum habens dicitur. Vnde in Sclavotico, Pan dicitur Dominus, seu totum habens.

Item circa istas duas Epistolas notandum est : Quod alias Principem Polonia Regem habere non curavit, vsque ad tempora Regis Assueri Hester mariti, qui regnavit ab India vsque Aetiopiam super centum & viginti septem Prouincias, cuius tempore trecenta millia Gallorum ad quærendum nouas habitationes exiuerunt, Romanque captam incenderunt, & cætera præter totius

nè totius orbis Regna occuparunt. Quod Poloni audientes copiosum contra Gallos exercitum, Capitaneū seu Principem constituerunt, & sic prædictos Gallos deuicerunt.

EPISTOLA III. MATTHÆI Episcopi Cracouiensis,

DE primi Regis videlicet Graci Principis Regni Poloniæ legislatoris felici promotione, ac Graci filij junioris nefaria successione.

EX TVNC nonnulli dominatiuam ligurire ceperunt portiunculam, vnde à Carinthia rediens Gracus, vt erat sententiolo beatus sermonum agmine, omnes in Concionem vocat, omnium ora in se conuertit, omnium venatur fauorem, omnium sibi conciliat obsequia, ait, Ridiculum esse pecus mutilum, hominem sine capite Acephalum, Idem esse corpus exanime, idem sine luce lampadem, idem mundum sine sole

sine sole, quod sine Rege imperium. Aliam siquidem animositatis suggerit industriam, lux rerum illustrat circumspeditionem, sol denique radios munificentiarū, beneficos & omnes docet expandi, quibus velut quibusdam gemmis Regni diadema capitis, quā decentissimè, condecorat, vt in fronte magnanimitas, in occipite circumspectio, in lateribus altrinsecus largæ strenuitatis carbunculus præfulgeat, se non Regem sed Regni socium pollicetur, si se deligant, nō sibi, sed toti natum se credere mundo. Proinde Rex ab omnibus consalutatur, iura instituit, leges promulgat. Sic ergo nostri civilis iuris nata est conceptio, seu concepta natiuitas. Nam ante hūc seruituti ancillari libertas, & æquitas pedissequari iussa est iniuriæ, Eratque iusticia, quæ plurimum prodesset ei, qui plurimum posset, licet autē iustitiæ rigor non statim ceperit imperare, extunc tamē violentiæ desine subesse potestati Et dicta est iusticia, quæ plurimum prodesse ei, qui mi- *Ergo nunc carulat a nobis*
nimū potest. Igitur Polonia florētissimis auspiciis Gracū successibus, statuit prole eius Regni successione dignissimā, nisi alterū filiorū eius fratricidij, fedasset piaculū. Erat enī
 C in cuius

in cuiusdā scopuli anfractibus monstrū atrocitatis immanissimæ, quod quidā olophagum dici putant, Huius voracitati, singulis hebdomadis, secundum supputationem, certus numerus armentorum debebatur, quæ nisi agricolæ quasi quasdam victimas obtulissent, humanis rotidem capitibus à monstro plecterentur. Quam Græcus non ferens perniciem, vt erat clementior filius erga patriam, quàm pater erga filios, clam filijs accitis, dirigit propositum, pandit consilium. Inimicæ, inquit, sunt ignauia virtuti, canicie delicamentum, iuuentuti segnicies: Non enim est virtus, quæ ignauia est, non canicies quæ delira, non iuuentus quæ segnis, imò fugienda est, etiã vbi nulla est exercendæ animositatis occasio. Porrò sponte se ingerentem gloriam quis vnquam declinauerit, nisi prorsus inglorius? At verò defensa Ciuium salus, æternales transcendit triumphos: nec enim propriæ indulgendum est saluti, quotiens de communi agitur discrimine. Vos itaque vos nostra præcordia, quorum vtrumque nostris educauimus virtutibus, vos in monstri necem, armari conuenit: vos in eius congressum præponi addeces

addecet, non exponi, ut porè, nostræ viræ dimidium, quibus huius Regni debetur successio. Ad hæc illi: Imò priuignali, pater, odio videremur intoxicari, si tantæ munus gloriæ inuidisses, penes te sit, iubendi autoritas, in nobis subsequendi necessitas. Sæpè igitur apertam vitorum audaciam, sæpius iudos, ne quicquam experti virium conatus, industriæ tandem, nisi coguntur suffragio. Corrigit enim armentorum accensa, plena sulfure, loco solito pro armentis collocantur. Quæ, dum avidissimè glutit olophagus, exhalantibus flammis intro suffocatur. Moxque iunior tam victoriæ quàm Regni, non quasi consortem, sed æmulum fratrem occupat ac trucidat. Cuius funus crocodilinis prosequitur lacrimis, à monstro mentitur occisum, à patre tam gratulanter quasi victor accipitur: Sæpè namque mæstor funeris, gaudio vincitur victoriæ. Sic iunior Græcus paterno luccedit imperio, hæres nefarius, sed diutius fratricidio fuit sordidus, quàm imperio insignis.

Nam post, dolo deprehensio piaculi,

deputatur supplicio exilij, perpetuitate damnatur.

C 2

Commen-

COMMENTARIUS.

CRocodilus animal quadrupes, dicitur à Crocus, quia croceum habet colorem, & est in longitudine viginti cubitorum. Et dum ad tergum lapidibus percutitur, non sentit, propter sui nimiam duritiam. Et in aquis nocte, & in die humi requiescit. Vel Crocodilus; quia à Crocos & dilus, id est victus, vnde versus. Herba crocus, dilus, metus; venit hinc Crocodilus: nam Croceis maculis variatur, & est metuendus.

EPISTOLA V. IOANNIS
 Archiepiscopi Gnesnensis.

Confirmans gesta in precedenti
 Epistola contenta.

NEC enim lex iustior vlla est, quam necis artifices arte perire sua. Sed tam degenerem, non sperabam surculum, de tam generosa vitis propagine: Sæpè tamen
 vua de-

vua detumescit in acinum, sæpè oleum ver-
 titur in amuream, sæpe aurum degenerat
 in Scoriam. Quid igitur miri, si tristes ha-
 bet tristis ambitio fines & quæ quantò est
 felicior, tantò miserior, quantò florentissi-
 mis vberior successibus, tantò atrocioribus
 proximior insidijs, quantò imperiosius alijs
 imperare studet, tantò subiectius aliorum ser-
 uituri adijcitur. Ambitionis enim est, omnes
 omnium ambire angulos, omnium auricu-
 las lambere, ad omnium scabellum proster-
 ni, donec quod appetit vtrinque assequatur.
 Sunt quatuor Cupideatis filix, Opum in-
 gluuies, honorum ambitio, inanis gloriæ
 captatio, libidinis prurigo. Inter has, na-
 tione cælesti superbit ambitio, ideó humili-
 um dedignata tuguria, superborum ac subli-
 mium colla propria virtute calcavit. Quæ
 quantas in se habet delicias prunis carbo-
 nibus subaccensis, mucrone subappenso.
 Dionysius familiari suo quàm familiarissime
 demonstravit. Sed nunquid immortalia
 Graci beneficia sic emori debue-
 runt, vt vllum tanti patris su-
 perfit insigne.

COMMENTARIUS.

CAUSAM reddit quod iunior Græus fratricida, à Dominio Regni Poloniæ iustè est alienatus. Et primo ponuntur pro- uerbia. Secundo admirationes motuum. Ter- tio eorundem remedium. Videlicet Græus iunior iustè perpetuitate exilij damnatus, supplicioque deputatus, à dominioque Re- gni Poloniæ alienatus, ideo, quod ex am- bitione fratrem occidit & iugulauit, ergo merito à Regno, à quo per mortem fratrem deiecit ipsemet cum turpitudine corruit & quem enim fratri parauit laqueum, ipsemet in eum incidit. Secundè Guidonium parte secunda prouerbiorum 10. Si iniustè le- uaberis, mox iustè cades & his seruiens qui tibi seruierunt.

NOTANDVM. Iste Græus primus Rex Poloniæ, ante Christi incarnationem, annis plusquam quadringentis floruit, & ante Alexandrum Macedonem annis pæne centum.

Episto-

EPISTOLA VI. MATTHÆI
Episcopi Cracouiensis.

DE successu ac dominio Vandæ Re-
ginæ, filiæ senioris Graci, & foro-
ris germanæ Graci iunioris.

IMO in scopulo Olophagi mox fundata
est vrbs insignis Gracouia, vt æterna Gra-
cus viueret memoria. Nec prius ab exe-
quialibus cessatum est obsequijs, quàm muri
vrbs consumatione clauderentur, quam
quidam à Crocitate coruorum, qui eo
tempore ad cadauer monstri aduolarant,
Cracouiam dixerunt. Tantis autem amor
demortui Principis, Senatuum, Proceres, vul-
gus omne deuinxerat, vt vnicam eius vir-
gunculam, cuius nomen Vanda, patris im-
perio surrogarent. Quæ tam elegantia for-
mæ, quàm omnimoda gratiarum venustate
omnibus ad eò præstabat, vt non largam,
sed prodigam in eius dotibus naturam exi-
stimares. Nam & prudentum consultissimi
eius studebant consilijs, & hostium atro-
cissimi

cissimi eius mansuescebant aspectu. Vnde quidam Alemanorum Tyrannus, dum proposito huius gentis populandæ grassaretur, dum quasi vacans rapere molitur imperium, inaudita quadam virtute, prius vincitur quàm armis. Omnis enim exercitus eius, mox ut Reginam ex aduerso vidit, velut quodam solis radio repente percussitur, omnes velut quodam iussu numinis, animos hostiles exuti, à prælio diuertunt. Asserunt Sacrilegium à se declinari non prælium: non hominem se vereri, sed transhumanam in homine reuereri Maiestatem. Quorum Rex incertum est, amoris an indignationis, an vtriusque sauciatus languore, ait: Vanda mari, Vanda terræ, àeri Vanda imperet, dijs immortalibus Vanda pro suis victimet, & ego pro vobis, o mei Proceres, solennem inferri hostiam deuoueo, vt tam vestra quàm vestrarū successionum perpetuitas sub sæmineo consenescat imperio, dixit. Et exerto incumbens mucroni, expirauit, vitæq; cum gemitu fugit indignata sub auras. Ab hac Vandalū flumen dicitur nomen sortitū, quod eius Regni centrum extiterit. Hinc homines sunt Vandali dicti, qui eius suffuere imperijs.

Quæ,

receptis ad propria in gloria cum ingenti rediens, seipsam pro tam magnifica gloria, & prosperis successibus, Dijs victimas, in Wislam sponte siliens, humanæ naturæ debitum soluit, & ad inferorum limina descendit: Vnde idem fluuius à Vanda sic in eo victimata, nomen Vandalus accepit, à quo etiam omnes Poloni Vandalicæ sunt nominati seu appellati.

Circa literam notandum. Poloni memoriam sempiternam Graci habere gestiētes, Ciuitatem nobilem & famosam, circa inferiorem rupem fundauerunt, quam à nomine ipsius Graci Gracouiam intitulauerunt, nec prius obsequialibus cessauerunt, nisi ipsā muris clauserunt. Quam tamen alij Cracouiam vocauerunt, propter coruorum multitudinem, qui tunc ad Cadauer Draconis occisi aduolauerunt. Quam Ciuitatem Alexander Magnus fertur destruxisse & sale conspersisse. Quæ quidam Ciuitas sub monticulo Wauielnica dicto, nunc autem Skalka vulgariter fuit fundata. Vnde Gracus in monte maiori & superiori, tunc Wawel appellato, Castrum ædificauit, quod suo nomine Grac intitulauit. Poloni verò in ipsius memo-

KADLVBKONIS. 43.

us memoriam, retro montem minorem Wauelnicam dictam Ciuitatem magnam & famosam crexerunt, quam, suo nomine Gracouiam nuncupauerunt. Cuius Graci corpus in loco eminenti, in monte, quem hodie tenet Ecclesia Sancti Benedicti, sepe-
lierunt. Vandam verò sic Dijs immolatam
& ex aquis à Dijs emerfam, versus
Mogilam in alio monte
tumulauerunt.

EPISTOLA VII. IOANNIS Archiepiscopi Gnesnensis.

Approbens prædicta per simile &
per rationem.

ASyriorum Regina Semiramis, immaturo filio Regnum credere non audens, se filium simulat, sexumque mērita, Regio viri Aethiopiā adijcit, Indis bellum infert, quo præter illam & Alexandrum magnum nemo vnquam intrauit. Multæ quoque aliæ non modo fæminas, sed etiam viros, virtutibus antecessere. Ideoque non tam infæmina

famjna virilem admiror industriam, quam in viris fidei spectatae constantia. Licet namque bonis videatur moribus dissonum, faminam Principibus imperare, pietati tamen visum est, & paternis prolem iuvari meritis, & mortuorum apud posteros non mori beneficia. Cuius virtutis species etiam Siculis exhibita est Tyrannis. Anxillanus enim Rex Siciliae decedens, paruulorum tutelam probatissimae fidei seruo Micalo committit. Tantusque Regis amor apud omnes fuit, ut patere seruo, quam deserere filios Regis mallent, suaeque obliti dignitatis Reginae per seruum ministrari dignitatem, Principes paterentur. Quid autem in huiusce nostri temporisculi tempestate fides non parit fidem, sed si concipit, prius abortit quam pariat, prius expirat partus, quam spirare incipiat, si ad fidei pia vbera genimina pendent viperam, catuli sugunt perfidi, a quibus non modo amici sed & Domini plus dolentur quam fide. Negociatio enim est non amicitia quae ad commoditates accedit.

Commen-

COMMENTARIVS.

Regina Asyriorum Semiramis propter filij sui immaturitatem & iuuentutem, fingens se fore masculum, Aethiopiam Regno ac dominio viri sui adiunxit: bellumq; contra Indos faciens, Indiam potenter intrauit: Vbi tamen preter Alexandrum Magnum Macedonem & preter eandem Reginam nemò intrare voluit. Et hoc est argumentum à simili. Quo ad rationem autē sic arguit. Illæ mulieres quæ viros in virtute ac industria præcedūt, meritò debent Regnare: Sed multæ mulieres sunt huiusmodi. Ergo &c. Nota: quia homines intellectu & ratione vigentes natura sunt rectores & domini aliorum *i. Polytic.* Multæ etiam mulieres viros in virtute præcesserunt. Isis enī Regina Aegyptiorum Aegyptiacas inuenit literas, vt ponit Isidorus libro *i. Ethicorum Commentorū* Nimpha, alio nomine Licostrates, literas Italicas tradidit seu Latinas, & Regina, soror Tubal, artes Mechanicas adinuenit, Clitre quoque atque Tiburtina aliæq; Sybillæ futura multiplici ratione descripserunt

scripserunt, prout narrat Lactan. 10 lib. Sybillarum. Rursus, Lybia sua virtute & sapientia gloriosissimè regnavit, ita, quod meruit, ut suo nomine Regnum nuncuparetur. Almathæa, quæ alio nomine dicta Derphebes, virgo fuit inclyta, & annis longeva, referentibus Póetis, sua virginitate dignitatem & diuinitatem obtinuit, Varicinia quoque plurima scripsit in Babilone, iuxta locū vbi dicūt suū fecisse Oraculū. Quod quidem Oraculum vsque in hodiernum diem intuentibus inducit admirationem. De hac refertur, quod per plurima secula vixit, & Tarquinio prisco, nouem libros quos ediderat, attulit, de quibus tres ipsa combusit, & reliquos Romæ cum magna diligentia seruare fecit. Merepesta etiam sua sapientia & fortitudine Regna obtinuit, mammillamque dextram abstulit, ne in sagitationum exercitio impediretur. Insuper, Iacob per consilium suæ matris Rebecæ patris benedictionem adeptus est, & super fratres eius dnatum. Cæterum: Iuditha ciuitatem de manibus Holofernis liberauit: & Abigail Naabel ab ira Dauid liberauit, quem ipse Dauid occidere volebat, Amplius Hester Iudæos cum

daos cum Mardocheo in Regno Assueri Regis sublimauit. Demum Iabel Zezarum occidit, Canaan humiliavit, & Israel plurimū exaltauit. Ergo.

Circa literam est notandum secundum Tullium in Rhetorica &c. Prima pietas est virtus, per quam sanguine iunctis & patriæ beneuolis officium & diligens cultus tribuitur. Veteres ergo Poloni magna pietate exstitisse approbantur, quia his qui patriæ beneficia exhibuerunt, honorem & venerationem, nedum in personis eorum, verumetiam in ipsorum posteris, vt puta, in filiis & filiabus tribuerunt. Mortuo autem Graco, in memoriam sempiternam Ciuitatem ab ipsius nomine nuncupatam vulgariter Cracouiam appellatam erexerunt, filiumque in Regem præfecerunt. Quo parricida comperto filiam d'cti Graci Vandam nomine in Regnam adoptarunt, cui ex pietate non modica obsequia sua quanquam sæminæ prestiterunt. Quod pietatis opus & Siculi in parulis Anaxillai exhibuerunt. Nam dicto Rege Siciliæ Anaxillao decedente, paruulos suos militi suo cuiusdam fidelissimo nomine Micalo in tutelam Regniq; administrationem ci-

nem eidem committente: Princeps verò ac totus Senatus Regni prædicti suæ immemores dignitatis, ex pietate, quã erga Dominũ Regem Anaxilaum gesserunt, per seruum Micalum sic per Regem deputatum Regni administrationem ac gubernationẽ fieri admiserunt, ipsumq; sibi passi sunt principari. sed proh dolor, moderni Poloni, vix inueniuntur tantæ pietatis & probatæ fidei, plus em attendunt utilitatem, quàm pietatem, tam diuque in ipsis amicitia & fides durat, quãdiu utilitas & emolumentũ perseuerat. Talis enim amicitia qua quis quem diligit, propter suum vtile & profectum, non amicitia, sed mercatura dici quædam meretur.

EPISTOLA VIII. MATTHÆI Episcopi Cracouiensis.

De Polonorum triumpho ex magno
Alexandro.

HVIUS quoque Reipublicæ administra-
tio humilibus nonnunquam & in cer-
tis cessat

tis cessit personis, nulla prorsus vel vulgi vel procerum sugillante invidia, utpotè, quorum gloriosis etiam hodie gloriari delectat insignibus. Nam cum famosus ille Alexander, cuius nuper meministi, vestigales ab eis exigere pensiones tentaret, aiunt Legatis, Legati estis tantum, an alias Regij celsus Quæstores? Qui respondent. Et Legati sumus, & quæstores. Ad hæc illi: Prius ergo, inquit, intemerata Legatis exhibenda est religio, ut magnificè susceptos, magnificis veteremur donarijs, Quæstoribus deinde, quæstus exoluatur celsualis: debetur enim Cæsari quod Cæsaris est, debetur, ne læsæ erimur Maiestatis. Legatorum itaque præcipui prius viui exossantur, deinde cutes eorum corporibus exuta partim auro, partim alga sarcinantur vilissima, humanaque pelle sed inhumanè vestitum metallum cum hac remittitur Epistola. Regi regum Alexandro, Rerum imperatrix Polonia. Malè alijs imperat, qui sibimet imperare non didicit. Neque enim gloria dignus est Triumphali, de quo poppa Cupiditatum triumphat, Tuæ siquidem fitis nullum est refrigerium, nullum temperamentum: imò, quia nusquam est tuæ cupiditatis modus, ubique tuæ medicat paupertatis tenuitas. Li-

cet tamen

D

cet tamē insatiabilem tuæ voracitatis abissū
 mūdus satiare nō possit, tuorū saltē utcumq;
 refocillabimus esuriem. Nec tē lateat, locum
 apud nos non esse loculis: ideo præsentia
 xeniola, fidelissimis tuorum captivilibus cō-
 missa, Polonos autem animi virtutē, corpo-
 ris duritia, non opibus, scito censerī. Non
 esse igitur ipsīs vnde tanti Regis vel tantæ
 dicatur bellæ rapidissima possit expleri in-
 gluivies. Abundare tamen eos verē thesauris
 iuventutis non dubites, quibus anima non
 sopiri, sed tecum prorsus possit extingui a-
 uiditas. Ocius inquit, Alexander, ocius
 ad nos vsquē protrahantur tanti Commen-
 tores flagitiī: exquisitissimis ocius plectan-
 tur supplicijs, imō stirpitis eos eradicari cō-
 venit, ne alijs ausum pariat temeritatis im-
 punitas. Quotquot igitur ad propulsandas
 proficiscuntur iniurias, prælio commisso aut
 cadunt, aut occidunt, inter quos Regis
 quidam vinculis mancipantur. His auditis
 Alexander Multūm, inquit, sibi adijcit vir-
 tus lacessita: hinc tandem dignum est, ut
 meæ indignationis virga visitentur. Perin-
 finitis itaque hostium copijs vndiq; versum
 Poloniam irrepētibus, ipse præambula, Pan-
 noniorum

noniorum obsequela, per posticum ingreditur Moraviae, alas exercituum expandit, victoriaeque Cracoviae ac Silesiae subactis Prouincijs, perpetui operis mania solo profertur, redigit in fauillas, sulco discissas vrbes iubet sale conspargi. Hinc dum ulteriores agreditur Prouincias, omnium armis inuictus simplicis astu homuncioli conficitur. Omnibus enim de salute desperantibus, quidam aurificij arte praeditus, galearum & clipeorum formas ex quouis ligno seu subere praecipit effingi, quarum quasdam li-targio, alias felle superliniuit, easque ex opposito solis, quod magis resplendeant, in celso montis erigit cacumine. Quibus Argiraspidae, inuictus Alexandri exercitus visus, acies ordinatissimas eminere suspicantur. Itaque praecipites e castris euolant, passim discurrent, hostes hinc inde quaerunt, quos putant diffugio dilapsos. Illas namque armorum umbras, ille ingenij artifex, dudum flammis iniecerat, ne vllum doli deprehendi possit vestigium. Iusserat non paruum robustorum manum in insidijs delitescere, proinde prima discurrentium portio incaute in insidias incidit, occupatur, pro-

sternitur, & ceterorumq; armis victores induuntur, se Argiraspidarum socios simulant, & quotquot ex Argiraspidis eis iunguntur, in ore gladij absorbentur, ne vnus quidem ex eis remansit. Cuius fiducia successus sub eadem Argiraspidarum simulatione Alexandri Castra ingrediuntur, insignia praeferentes victoriae. Credunt Alexandriae suos de hostibus triumphasse: eminus praesalutant, ventientes gratulantur, affaudent quasi sociorum triumpho. Sed inermes a Polonis obruuntur, & improuisi inter praelia Argiraspidata Lechitae signa proclamant. Nunciatur Regi non hostium impetum, sed inter suos seditionis esse tumultum. Quem cum increbrescere videret non sedari, hostiles turmas coadunat suis, se credens Argiraspidis ferre subsidium. Sic in seditionem versi plures mutuis quam hostilibus concidere vulneribus. Vix tandem dolo deprehenso, cum perpaucis Alexander euasit inglorius. Sic cessauit Exactor quieuitq; tributum.

COMMENTARIVS.

Post

POST decessum Vandæ, multis annis ferè centum Poloni Rege caruerunt, sed tantùm Woieuodam & duodecim gubernatores eligebant vsque ad tempora Regis Alexandri, qui cū ferè vniuersū mundum sibi subiugasset, Poloniamque sibi subijcere attentauit, & ipsam tributariam facere, eius Poloni Nuncios occiderunt, & ipsummet Alexandrum plus per industriam, quā per fortitudinem à finibus suis ignominiosè eiecerunt: sic, quòd ipse vix cum paucis turpiter euasit.

CIRCA LITERAM NOTANDUM. Quod Poloni perpensa cupiditate Magni Alexandri dominari ipsum sibi non admiserunt, quoniam ipsum vitiosum cognouerunt, Vitiosus enim non est dignus, vt imperaret & alijs dominaretur, nisi primū vitia à se remoueat, & virtutibus iustitat, Vnde Tullius in Paradoxis Parad. 5. Laudetur, inquit, Imperator, aut etiam appelletur, aut hoc nomine dignus putetur. Quomodo, aut cui tandem imperabit, qui non potest cupiditatibus suis imperare? Refrenet primum libidines, spernat voluptates, iracundiam caueat, auariciam coerceat, cæteras au-

tem labes repellat, tunc incipiat alijs imperare. Benè ergo Poloni Alexandro scripserunt, malè alijs imperat, qui sibimet imperare non didicit, nequè gloria dignus est triumphali, de quo pompa cupiditatum triumphat. Sicut enim liberalitate in Principibus nihil est gloriosius, sic auaritia seu cupiditate, nihil est deterius, ut inquit Tullius libro 1. de officijs.

EPISTOLA IX. IOANNIS Archiepiscopi Gnesnensis,

Confirmans præmissa in præcedenti
Epistola.

REM miram, sed fidei plènam. Est enim liber Epistolarum Alexandri, ducentas pænè continens epistolas. In quarum vna scribit Aristoteli in hunc modum. Ne de nostro statu semper sollicitū dubia distineat hæsitatio. Noueris, nos apud Lechitas peramplissimè prosperari. Est autem vrbs famosa Lechitarum, Septentrionali Pannoniæ lateri coniuu

coniunctissima, quam Caranthas dicitur: plus
 vris quàm opibus, plus arte quàm situ mu-
 nitissima; de hac & contiguis pro voto trium-
 phauimus. In ea verò, quam rescribit Aristo-
 teles, sic habetur, Fama est de Caranthis Le-
 chitarum te eum tuis triumphasse: sed hæc glo-
 ria triumphi tuis vtinam titulis nunquam ac-
 cesserit. Ex quo enim tributum ignominia tu-
 orum infusum est intestinis: ex quo Lechiti-
 cos expertus es Argiraspidas, tui rutilantia so-
 lis apud multos deferbuit, imò tui visum est
 Imperij mutasse diadema, quod verè verùm
 fatear, de quibusnam hoc dicatur, nisi tuæ na-
 rationis beneficio vsque hodie non intellexe-
 ram. Sed stupenda prorsus virorum audacia,
 non laessita, non adeò vlla re læsa ab Ale-
 xandro Carantharum ciuitas cui dùm aliæ
 Ciuitates aperirent aditum, prima Caran-
 thas clausit ab eo portas. Cui scripsit Ale-
 xander; Si sapitis, valebitis, sin autem, non.
 Illi autem sanguinij, non inspecta reueren-
 tia, nuncios eius cruci affixerunt. Nec ve-
 rò minus tam subtile viri mirandum ar-
 tificium, quo tam aduertens ingeniorum
 artifex potuit circumscribi. Non minus eti-
 am dissimiliter Darij copias idem Alexan-
 der clausit.

der elusit, quas dùm suos longè videret
 dispares, iussit alligari ramos caudis
 & cornibus boum, vt etiam siluæ
 ipsum comitari viderentur.

COMMENTARIVS.

Refert duas Epistolas, quarum prima est
 Alexandri ad Aristotelem de suo felici
 successu. Secunda est Aristotelis vice-
 versa ad Alexandrum responsiua, de sua pote-
 statis diminutione, ac sui imperij & domini-
 j cessione. Postquam enim Alexander per Po-
 lonos sic pudorose fuit deuictus, amplius à
 vastatione dominiorum cessauit, & vique ad
 mortem in pace quieuit. quia ipsū nulla gens
 propter deiectionem sui, sicut prius formida-
 uit, imò contemptui habuit. Miraturque
 Ioannes de tam ingenti Polonorum fortitu-
 dine & audacia, per quam plus quàm per Ca-
 rantharum confusa est sic Alexandri claritu-
 do. Miratur in super de hoc, quòd Alexan-
 der sic propulsus est per Polonorum indu-
 striam, cum non modica confusione extra Po-
 loniæ confinia.

Sic enim ipsum Leszko ingeniosè supe-
 rauit.

rauit, quemadmodum ipse Darium Imperatorem per astum similem elusit. Dum enim cornibus & caudis ramos fecit alligari, ut ipsum silvæ cernerentur concomitari. Quod Darius videns Alexandro se subiecit, & tributarium fecit.

NOTandum, Sanguinus, ni, est quædam parva arbor, cuius fructus & cortex est sanguinei coloris. Vnde sanguinetum, si, locus ubi abundant sanguine. Vnde etiam sanguinium, nij, id est signum pacis: de sanguine enim scriptum factum in signum pacis mittebatur.

EPISTOLA X. MATTHÆI Episcopi Cracouiensis.

De Leszkonis in Principem sublimone.

IDE ò ille tam saluberrimæ artis Magister, Patriæ, quam saluauerat, Princeps constituitur, nec multarum post virtutum coadiutus meritis, Regiæ dignitatis celsitudi-
D S. ne insigni-

ne insignitur. Estquè dictus Leszko, id est astutus, eò, quòd astu plures hostium confecerit, quàm viribus.

COMMENTARIUS.

LESZKO in Principem creatus & in Regem sublimatus, propter sua merita, quibus Patriam industriè saluat, & ab hoste protexit, per suam artem saluberrimam.

Notandum, Quòd quemadmodum Regnum Romanorum & aliarum gentium Regna, non semper Principes genere aut nobiles seu insignes rexerunt, vt Vespasianus, Adrianus, & plures alij, de quibus refert Franciscus Pòeta lib: 2. Cap: ultimo qui non clari stirpe extiterunt, & tamen eximiè Rempublicam rexerunt: Sic etiam & Regno Poloniæ non semper Principes, vel de clara stirpe existentes, sed aliquando de stirpe humili, virtute tamen insigniti præfuerunt. De numero quorum fuit Leszko primus, qui pro eò quòd solerter saluat Poloniam de manu fortis, imò inuicta Alexandri magni, in Principem fuit electus, & demùm meritis sibi amplioribus cooperantibus in Regem fuit coronatus

KADLVBKONIS. 59.

sonatus. Et meritò : Nihil enim sic ad dignitates promouet, & attolit, sicut virtus, per illam enim secundum Franciscum libro 2. cap. vltimo turè ad supremos gradus ascenditur, cuius calle deserto, sciunt se Reges in tumulto stare. Vnde & Alexander Macedo hortulanum virtute insignitum in Asia Regem fecit, & fuit ex suis actibus laudatus.

EPISTOLA XI. IOANNIS Archiepiscopi Gnesnensis,

De recommendatione Polonorum

NEMO fontium scaturigines in imo stupet, nemo Cedros in conualibus admiratur : Sed nec ego admiratione digna ducor in humili virtutem. Omnium enim est nutrix virtutum humilitas. Sed eas in humilibus sæpius reprimi solere, quàm reprimari. Quippè quid virtus humilis, Sol apud Antipodes : rutilare tamèn non desinit apud eos, quos animi generositas non relinquit. Vnde etiam Zostenes, licet ignobilis

ignobilis, Dux factus est Macédonum. Hic enim Gallos exultante victoria compe-
scuit, hic Macedoniam ab eorum populatio-
ne defendit, ob quæ beneficia multis no-
bilibus Regnum Macedoniae affectantibus,
ignobilis ipse præponitur. Qui cum Rex
ab exercitu appellatur, ipse milites non in
nomine Regis, sed in nomine Ducis
iurare compellit. Quo in facto,
invidiam potentiae declinavit, non
apicem dignitatis depressit.

COMMENTARIUS.

POLONI recommendati sunt pro
eò, Quòd exigentibus Leszkonis, licet
plebei, quia aurifabri, beneficijs & virtutum
laudabilium meritis, primo in Principem,
deindè in Regem ipsum præfecerunt: Quan-
quam enim apud nonnullos virtutes in ple-
beis non præmiantur, sed supprimuntur. A-
pud enim probos & virtuosos semper præ-
mio virtutis dignificantur, & præmiantur.
Quales eo facto proculdubio fuere veteres
Poloni, qui virtutes Leszkonis aurifabri in-
dustrii, beneficii, & virtuosi, dignis præmijs
dotaue-

KADLVBKONIS.

Or.

dotauerunt, cum ipsum in Regem præfecerunt. Sic etiam Macedones Zostenem plebeum, propter sua beneficia, quibus Gallos vincens compesciuit, & Macedoniam à depopulatione defendit in Principem elegerunt, & multis alijs ignobilibus non ita meritis præoptauerunt. Qui sic dignitate insignitus Regia, humilis exitit, non enim se Regem sed Principem appellari fecit: & propter hoc multorum inuidiam euasit, & gloriam suam plurimum adauxit. Quod autem plebei virtuosus perhibentur multis exemplis, hoc in litera deducitur. Quoniam scaturigines fontium in locis decliuibus oriuntur, & Cedri in Vallibus generantur. Sic & virtutes in plebeis & humilibus fomentantur, quia humilitas est seminarium omnium virtutum.

NOTANDVM. Cedrus est arbor, quam Græci Cedron vocant, eò, quod est ardentis humoris, & est impuribilis. Et secundum Isidorum, est iucundi odoris, & diu durans, nunquam à tinea vel tefedine, id est lignorum verme extenuatur. Et nascitur in Creta, Africa, & Syria, & retinet virorem suum sepe. & odor suus fugat serpentes & omnia venenata. Item.

Itē. Antipes, dis, est populus subter-
raneus, contra nos habens pedes, vt qui-
dam putant. Antipedos etiam est genus
monstri in Lybia, plantas habens
versus crura, & octenos digi-
tos in plantis.

EPISTOLA XII. MATTHÆI Episcopi Cracouiensis,

De Leszkonis secundi in Regem Po-
loniæ mirabili sublimatione.

FVIT & alius post hunc eiusdem nomi-
nis Princeps, sed alio pacto Leszko
nuncupatus. Orbata namque Rege Polo-
nia, dū de Regis successione contenderet,
seditionis pænè obruitur tēpestate, singulis
primorum tyrannidē occupare ambientibus,
diuque nō sine prælio, & periculo, ea confi-
ctione agitati, eligendi tamen censurā Prin-
cipis, priuatorum deserunt arbitrio, vt po-
tē, quorum insuspecta videtur simplicitas, &
à quibus relegata est omnis ambitio, scōp
iureiurando vtrique obstringunt: Eligentes
quidem,

quidem ne favore personali declinent, ne deuo emolumenti exorbitent, ne atrocioris metu potentiae distorqueantur, ab eo, quod publicis perspexerint commodis expedire. Reliqui vero, ne cui ab eligentium liceat arbitrio discedere. Et quoniam non facile se offert discordantium votorum concordia, multis quidem deliberatum, sed perpauca responsum, Vitis, inquit, propagatissima perulantibus & maculosis equorum cornibus exteratur. Vitis, hoc Regnum est: equi effraenes, vestra elatio, in qua quot affectionum sunt contrarietates, tot maculae. Eligatur ergo stadium, figatur meta, & cuius equus maculis distinctior primus omnium metas contrigerit, eum Regem debere censerit: Coniuent singuli, assaent vniuersi, stat fixa omnium sententia, sed executio procrastinatur sententiae, videre horum stadia, illorum solertia, per exercitamina currentium vota diuersorum. Porro expertissimae agilitatis, plerisque sudantibus, quidam occulta ingenii nititur versutia, artis ope fretus Vulcaniae, omnem namque stadii planiciem ferreis confert exigonis, modica intercapedinis semita, cauis annotationibus distincta, ut dum

alios

alos clàm exigonorum concursu præpedi-
 rent, ipse per semitam, expeditior cursus bra-
 uio potiretur. Sed, dolo arsque doli vin-
 citur arte, dolo t̄ Duo enim fortuna tenues,
 conditione humilimi iuuenes, de peditum
 celeritate altercantur, tanta pignoris quanti-
 tate se obligant, vt victus celeriore non-
 quam nisi Regis nomine audeat salutare.
 Cùmque inuicem colludio vacarent, De-
 cet, inquit, vt pro nostræ Coronæ victo-
 ria, in campo Regij certaminis deceremus.
 Hic in primo consistunt ac subsident impe-
 tu, aculeis offerentibus plantas confixi. Qui
 post longam exigonorum admirationem a-
 stum conijciunt, dolum semitæ deprehen-
 dunt, & diligenter quærunt insidias,
 omni prorsus dissimulata notitia. Et quia vt
 assolet insperatæ appetitum rei sæpè sug-
 gerit occasio, vterque ambitū concipit, v-
 terque suam secum versat industriam. Ad-
 est dies edicti, consedit sacri Senatus reue-
 rentia, astat spectata Procerum venustas, iu-
 uenum aridet vernantia, inter cæteros, imò
 præ cæteris ille doli Magister, semitæ fidi
 subsidio, sed & cursorum alter spe non cite-
 rior, qui omnem equi calcem ferreo munie-
 rat sub

rāt subtegmīne, Nam reliquus longē à turba non solum exceptus, sed etiam auersus tacita meditatatur suspiria. Primò itaque & iterato, ac terriò dato signo, omnes ex directo profiliunt, ille transuerso capitur cursu, non sine quodā vulgi ridiculo, Cùm que omnes exigonorum inuoluuntur periculis, ille longi anfractus emerso intuitu, mear tandem accelerat, quam socius eius ante ipsū occupat, & Rex omīne infauitissimo salutatur. Læsa enim vniuersitas, vt equi vidit ferramina, cum dixit doli esse autorem. Et quia dolus nulli patrocīnatur, vltimis affectus supplicij membratim discerpitur.

Ille verò vulgo ridiculus iudicio Magistratus regnum adipiscitur.

COMMENTARIVS.

POS Tquàm primus Leszko sine prole decessit, inter Regnicolas Lechitarum, multa disturbia fuerūt suscitata, pro eò, quòd multi Nobiliū Dominiū Regni Poloniæ volebant occupare. Nobilibus tandem & cōmunitate conuenientibus extitit diffinitum arbitrio eligentiunt, vt quicunq̄ in equo

E

prior

prior, ad statuam præcurreret, siue ad metam, hic Rex ab omnibus haberetur. Vnus autem gubernacula ambiens Regni, arte fabrilis, campilatitudinem, per quem cursus subiri debuit, ferreis exigonis cautè suppleuit: vna tamen semita, per quam solus incederet, vacua dimissa. Duo tandem iuuenes agiles, ad statuam se currere obligant, vt victus præcursorē semper Regē nominaret. Cūmq; ad metam per campum cursui deputatum curreret, statim exigonis eum occultè cōspargunt. Adueniente itaque die deputato, quo equestres deberent currere, ille dolosus semitam, quam non sparserat, attentat. Vnus verò iuuenum cursorum, prius aculeis offensorum calces equi sui adeo sic muniuerat, quòd ab aculeis ferreis lædi minimè potuisset. Alius verò non valens currere cum equestribus in plano, non sine populi vehementi ridiculo, cursu rapitur per anfractus campi transuerso, qui tandem metæ appropinquat, quem socius suus cursor prius pedester, iam verò equester præambulat, Vnde & Rex ab omnibus nominatur. Hi autem quorum equi ab exigonis fuerant læsi, considerantes equum præcurrentes babata integra in calcibus habere, dolunt

re, dolum eius cognouerunt, quem Leszkonem, id est, dolosum, appellauerunt, & tandem sententia per ipsum data membratim descerpitur: & ille pedester derisus per vulgum, currens per anfractus loeo sui per Proceres Regni & vniuersitatem populi in Regem assumitur, & Rex ab omnibus salutatur, Leszkoque secundus nomine Leszkonis supplitio traditi ab omnibus nuncupatur.

NOTA circa literam. Stadium, dij, est octaua pars miliaris, qua vtuntur Græci in metiendis viarum spatijs, auctore Hercule. Qui dum esset fortissimus & nimij caloris, fertur vno anhelitu centum viginti quinque passus currere, & quia ibi finem currendi fecit, stadium à stando ideò nuncupatū est.

EPISTOLA XIII. IOANNIS Archiepiscopi Gnesnensis,

Qua approbatur Epistola antecedens de mirabili Leszkonis in Regē Electione.

SI latet, ars prodest, confert deprehensa pudorem. Alter honoris onus fert sæpius, alter honorē. Sed ô Regē transfelicē, qui dūm creatur, momento sit perpetuus, perpetuō momentaneus. O magnæ vigilantia Principem, cuius oculus somniū in principatu non vidit, sed malim certè, vt ridiculo sim serius, quàm serio ridiculus, non sine cachino quidem, hinitu tamen equi Darius Regnum adquiret. Straconis quoq; licet à multis derisa profuit subtilitas. Serui namque Thyrorum factiosè conspirant, dominos cum liberis omnes occidunt, lares dominorum occupant, Regem inter se creare intendunt, eum scilicet, qui solem orientē primus vidisset, Vnus ex seruis Domino suo iam seni, & filio suo paruulo pepercerat. A quo seruus informatus, cum omnes in vnum campum processissent, cæteris orientem spectantibus, plus occidentem intuetur, alijs ridiculum, nonnullis videri furor, solis ortum in occidente quærere. Vt autem primo diescere cæpit, hic primus fulgorem solis in summo fastigio ciuitatis ostendit. Tunc intellectum est, quantum seruilibus Dominorum ingenia præstarent. Itaque

Itaque dominij eius Straconem Regem creant, post quem & filium, deinde ad nepotes eius regnum deuoluitur. Adeò sub quodam simplicitatis palliolo elegit delitescere prudentia, cum semper sit inimica virtuti ostentatio.

COMMENTARIVS.

LESZKONIS electio quod fuit mirabilis, confirmatur per duo similia. Primum. Quia Darius fuit ridiculose, scilicet, per equi hinnitum in Regem electus. Secundum. Quia Straco fuit in Regem fortunate electus: Seruum enim suum, qui sibi & filio suo à morte pepercerat, qualiter solem orientem prius omnium videret, edocuit. Sic etiam non est mirum, quod Leszko secundus per cursum pedestrem in Regem est sublimatus. Sapienter enim egit, quia artem suam & astutiam oecultrauit, cuius socius in babatis equi integris astutum suum publicauit. Quare Leszko eius dignitate Regia insignitur, qua temporibus vitæ suæ, & in filijs suis de nepotibus potitur: Socius verò eius eadem die qua creatur in

E 3

Regem

Regem ignominiosè deijcitur, ac membratim discerpitur. Vbi tantæ felicitatis extitit, quod dum creatus est in Regem momento fit perpetuus, & perpetuò momentaneus. ronicè ergo magnæ vigilantia fuit, quia oculus suus ipso regnante somnum non cognouit. Melius ergo Leszkoni euenit ex ridiculo, quàm illi ex serio. Leszko enim deridetur, sed tandem in Regem electus perpetuatur. Hic verò in Regem eligitur, sed citò turpiter deijcitur: Honorem Leszko suscipit, pro quo iste astuté laborauit. Et meritò: Quia iste astum suum prodidit, propter quod ei nocuit: Leszko vero abdidit, id est, occultauit, ideo sibi profuit. Astutia enim occulta prodest, cognita nocet, nec vnquam mala fides & fraus utilis fuit.

Circa literam notandum. Trogus pompeius scribit libro XVIII. hoc modo: Cum serui Tyrorum dominos occiderent, domos & vxores eorum inuaserunt, vnus ex seruis misertus est domini sui. Et cū illi serui velent ex se illum Regem esse, qui primus solem orientem vidisset, ille seruus ad dominiū suum Straconem detulit, qui eum informaret
 vt cum

vt cum in campum processissent, cæteris orientem spectantibus, solus occidentem in-
 tueretur. Et cum dies aduentare cepit, fulgorem solis in summo fastigio ciuitatis
 ostendit, & quia non seruilis ingenij ratio vi-
 sa est, requirentibus autorem, de domino
 confitetur: & tunc intellectum est, quantum
 dominorum ingenia seruilibus præstarent.
 Illi ergo serui Straconi ac filio suo concessa ve-
 nia Straconem in Regem creauerunt, post-
 quem & filium eius, deinde ad nepotes re-
 gnum est translatum. Et quia celebre fuit
 facinus Seruorum toti orbi, Ideo Alexander
 Magnus vltro publicæ securitatis, omnes
 qui prælio superfuerunt, scilicet, quando
 eos expugnauit, ob memoriã veteris cædis
 crucibus affixit, eorũ vrbe expugnata, genus
 tantum Straconis inuiolatum seruauit,
 regnumq; stirpi eius restituit.

EPISTOLA XIV. MATTHÆI Episcopi Cracouiensis,

De Leszkonis secundi dominio
 ac regimine, eiusq; moribus in eo-
 dem dominio obseruatis.

E 4

Huic

HVIC verò tantum animositatis exercendæ fuit stadium, vt plerisque hostium robustissimis, singularis indexit conflictus, à quibus non solùm vitam, sed & regna & fortunas extorsit. Cui dùm hostis deerat existēs, suos aut contra se, aut inuicem dimicatueros primus inuitabat. *libentiss* Tan-
 taque illi fuit prodigalitas in omnes, vt sibā mallet ex virtute nasci egestatem, quàm ex tenacitate abundantiam, vt se prius egere putaretur, quàm egenis denegare subsidia, vel benè merentibus non dependere stipendia. Nec defuit illi foror honestatis, amica prudentiæ, sobrietas: Huius enim mensæ, huius conuiujs hæc habita est circumspectio, vt nec ultra quàm natura iussit, nec citra, quàm honestas imperauit, aut exigi liceret, aut impendi. Solertior illi cura, plus animi placere dotibus, quàm corporis. Inquo illud inter cætera emicuit humilitatis insigne: quotiescunque namque regalibus cum insigniri, regia vt assolet, poposcisset dignitas, originariæ non immemor conditionis, in habitu sordido prius onestram conscendit regalem ornatum scabello pedum superponens. Subinde Regis decusatus insignibus, scabello insedit

lo infedit, illis extremæ paupertatis panniculis in supremo onestræ suggestu reuerentissimè collocatis.

COMMENTARIVS.

LESZKO iste secundus quāquā ex stirpe humili processisset, magis tamen virtutum titulo clarescebat. Quadruplici autem virtute præcipua in litera recommendatur. Primo in fortitudine, fortis enim adeò extitit, quod multos hostes suos licet fortissimos superauit, à quibus regna & bona temporalia recepit. Et dum hostibus caruit, cū suis regnicolis actus militares exercuit. Secundo commēdatur de liberalitate & Maluiz em̄ deficere ex liberalitate imò verius ex prodigalitate, quam habundare ex avaritia seu cupiditate. Prælegit enim per se pati defectum quàm mendicantibus non exhibere profectus, & seruis non persolvere salaria, & ipsorum quæstus. Tertio recommendatur de sobrietate. sobrius enim fuit, quoniam in sua mensa vel couuiuijs nec plus nec minus paut, quàm honestas exigit, sic, quod semper sibi cura & sollicitudo fuit, vt plus vir-

E S

cutibus

ritibus animi claruisset, quàm virtus corporis splenduisset. Quarto recommendatur de Humilitate, præcæteris enim virtutibus, humilitatis virtute erat insignitus: Nam quâdo in Regia Maiestate debuit residere, prius indutus vestibus vilibus onestrâ conscendit. Deinde induebatur vestimētis regalibus, iuxta se tantū vestibus vilibus suspensis & collocatis, in memoriâ status prioris, in signum verò humilitatis.

EPISTOLA XV. IOANNIS Archiepiscopi Gnesnensis,

In qua referuntur plura leudabilia de
Lefzkone secundo

EX hoc sane perdocuit Regem plus humilitate decorum quam purpura conspicuum, imò nec hominem censerî nedum Principem quem ab alijs non secernit humiliras. Vnde Græcis diu fuit solenne, vt qua hora sufficiebatur imperator in exciso locaretur mausculo, priusquã in Imperiali throno assedisset. Cuidam etiam Regum inter epulas

KADLVBKONIS. 75

epulas astans, crebro suggerebat paruulus dicens : scire tu moras, quod interpretatur, Domine, tu morieris, quasi vtrique diceretur Principem te elegerunt, nolle extolli, sed esto quasi vnus ex ipsis, Memento quia cinis es & in cinerem reuerteris. Sic te stare putes, si stans cecidisse vereris, Sire virtutes, si res virtute mereris.

COMMENTARIUS.

Humilitas Regi permaximè est necessaria : plus enim humilitas Regem decorat, quàm purpura clarificat. Imo ne dum Princeps, sed nec homo iustè appellatur qui non humilitate, decoratur. Ideò Græci quādo Regem creabant, ipsum ad humilitatem inducendo, primum in sepulchro collocabant. Apud eosdem Græcos consuetudo erat, Quod Rege in conuiuio residente, puer clamabat : Rex tu morieris, per quæ verba ipsum ad memoriam mortis inducebat, & ad humilitatem habendā excitabat : Mortis enim memoria fecit hominē se contemnere & humilem semper esse.

Circa

Circa literam notandum. Princeps superbus nomine Principis cenferi non meretur. Et enim patet de Nabuchodonosor, qui dùm eleuatur in superbiam fuit, corruit, sensum perdidit, & tanquam brutum cum feris vixit: humiliatus, tamen post modum in Regnum restitutus fuit. Eatenus Reges & Principes, qui debent esse præ ceteris clari debent superbiam maximè deuitare, quæ est mater omnis obscuritatis, & humilitatem prosequi, quæ est origo omnium virtutum. Vnde Franciscus libro 1. cap. 4. Fundamentum veræ inquit, virtutis est humilitas, nec tanta claritas vlla est, quàm elatio non obscurefcit, ille qui clarissimus creatus est, sc̄q̄ ipsum efferens, non obscurus tantum, sed Princeps fieri meruit tenebrarum, mutatus est em̄ ex Angelo in diabolum, quod si illi accidit, quid aliq̄ de se sperent.

Item notandum iuxta Tullium libro 1. De officijs & Boecium de Con. Largitas facit Reges famosos, & claros ideò refert. Polieratus, libro 4. cap. 14. Quod Titus Vespasiani filius, ratione liberalitatis, factus fuit amabilis, atque sui patris auaritiam tantâ liberalitate curauit, vt tota eius complacencia

centia in largiendo foret quod ultra posse dona committerat. Qui dum redargueretur, dicebat: Nemo à facie Principis debet recedere tristis. Vnde cum quodam die nihil contulisset ait: O amici mei totam hanc diem perdidit.

EPISTOLA XVI. MATTHÆI Episcopi Cracouiensis,

De tertij Leszkonis regimine.

Huius item filius non tam patris imperio, quam paternis multa adiecit virtutibus. Qui Iulium Cæsarem tribus fudit prælijs, qui Crassum apud Parthos cum omnibus copijs deleuit: Cuius ori aurum in fundens, Aurum, inquit, sitisti, Aurum bibe. Nam & Gethis & Parthis ac Transparthanis regionibus imperavit. Huic tandem Iulius iure affinitatis gaudet fæderari sorore nomine Iuliam eius matrimonio sociat, eique iure dotis à fratre BAVARIA; donationis verò propter nuptias à viro Sambiensis condonata est Prouincia. Hæc geminas

minas fundauit vrbes, quarum vnã à nomine fratris Iulius, quæ nunc Labusz, aliam à proprio vocabulo Iulin iussit appellari, quæ nunc Lublin nuncupatur. Quoniam enim Iulius hoc ex pacto Romanorum Senatus in se confluerauit inuidiam, qui quasi hostes non quasi Ciues Romani propagationem artauit imperij, hostium illectus amplexibus & quos magis decuisset seruire, docuisset imperare: Ea quæ nomine dotis dederat, à sorore nititur extorquere. Qua ex causa soror eius passa est repudium, paruulo filio cui nomen Pompilus, apud virum relicto, pellex autem eius quæ præsentem etiam æmulata fuit reginam, loco reginæ succedit. Hæc odio æmulæ ab amoris auspicio, quo Regem deuinxerat, prædictarum Urbium nomina transmutauit. Ex hac & alijs totis minus legitimis, viginti filios perhibetur Leszko suscepisse, quibus totidem Principatus assignauit, quibusdam ducatus, alijs Comitias seu Marchias, nonnullis Regna distribuens. Pompilium verò iure primogenituræ regem omnium statuit: cuius nutu, non Slauicæ duntaxat Monarchia, sed etiam finitimorum gubernata sunt imperia. In cuius deuotissimis obsequijs

obsequijs, fratrum turba piouisa est conten-
disse, certamine, quem tanta reuerentia, tan-
ta coluere dulcedine, vt etiam paruulum eius
filium paterni nominis Pompilium sus-
fecerunt: nulla prorsus detractioe,
nullo liuoris zelo distorti.

COMMENTARIVS.

LESZKO secunduus est mortuus cla-
rens insignibus virtutibus, vnico filio
Leszkone nuncupato derelicto, Cuius liqui-
dem Leszkonis Iulius Cæsar Romanorum
Regna Slauiorum suo subijcere contendens
imperio, etiã fines Lechitarum inuasit. Cui
præfatus Leszko cum suis Lechitis resistens
pro viribus fortissimis, ter cum ipso confi-
ctum habuit, quibus ipsum superauit, &
maximam gentem ipsius prostrauit. Et de
isto refert Valerius libro De vita Cæsaris.
Hic etiam Leszko quendam Tyranum Cras-
sum Regem Parthorum in Prussia prælio
commisso deuicit, omnibus ipsum bonis ex-
pilauit, aurumque liquatum in os eius infun-
di fecit dicens: Aurũ sitisti, aurũ bibe. Hic in
super Leszko, GETHIS id est PRVTHE-
nis, &

nis & Parthis id est Ruthenis & alijs regionibus, vsque ad orientem post Ruthenos imperauit. Videns igitur Cæsar Iulius Leszkonis potentiam, fæderauit secum amicitiam, sororem enim suam Iuliam in Slauia partibus existens, tradidit sibi in vxorem, terramque Bauariae loco dotis sibi assignauit. Leszko verò Iuliae pro donatione, loco deuirginationis terram Sambientem sibi tradidit. Hæc Iulia duas Ciuitates fortissimas de voluntate sui mariti construxerat, quarum nomen vni fratris Iulius quæ nunc Lubusz in Saxonia. Alij verò Iulin, quod nunc Lublin dicitur, imposuit. Hæc Iulia, quando filium eū viro suo Leszkone genuisset, & fratri suo Cæsari nunciasset, Iulius Cæsar cum adhuc in Slauia partibus moram fecerat, de ortu nepotis lætus effectus, Pompilius nomen sibi imposuit. Cum autem Iulius de Slauia cum Lechitarum gente ipsum concomitante Romam redisset, & Lechitæ ipso sic conducto ad propria reuenissent, Romani Iulio multum molesti extiterunt, pro eo, quod Bauariam Imperio subiectam Romano, ditioni Lechitarum subdidisset. Ipse timore ductus donationem de

Bauaria

Bauaria per ipsum factam reuocat propter quod Iulia soror sua à Leszkone Rege Lechitarum repudium fuit passa, Pompilio filio paruulo apud Leszkonem derelicto. Leszko igitur vxore sua legitima repudiata, de alijs vxoribus seu concubinis viginti filios genuit, quibus terras maritimas, Ducatus & Prouincias assignauit, quorū nomina sunt ista, Boleslaus, Casimirus, Wladislaus, Wratisslaus, Oddo, Baruintus, Przybysslaus, Przemisslaus, Iaxa, Siemianus, Semouit, Semomissla, Bogdala, Spiczignieuus, Spiczimir, Zbigneus, Sobestaus, Wissimirus, Czesemirus, & Villaus. Ex his aliqui castra & ciuitates quas fundauerunt, suis nominibus intitulauerunt. Quibus pater iuxta mare Septentrionale vsque ad Westphaliam Saxoniam, Bauariam, Duringiam, singulis singulos Principatus assignauit. Pompilium uero primogenitum in Regem omnium constituit, atq; coronari iussit. Terrarum autem predictorū Principum fuerunt istae. Boleslai Pomerania inferior, Casimiri Casubia, Wladislai pars Ungariae, quae inter fluuios Cissam, Danubium & Maclianam existit. Iaxa Serbia Wratisslai Rama, Przybysslai, Oddonis Ditwonia, Przemisslai

F

Zgorzelicia

Zgorzeliçia, quæ nunc Theutonicè Brandeburg appellatur, & cæteri cæteras terras & districtus in Slauia & Carinthia, quæ circa fluuios Orbeam, Odram, Philauam dolosam, Vtram, Brzecznicam, Varnam, Haluiam, Sprownā, Hylam Drzewnam, & circa alios dominio perpetuo possederunt, quorū duo Villaus Castrum dictum Miedzyboze, & Sobellaus aliud Castrum, Dalen dictum quod Dalemburg Theutonicè appellatur. Czesemirus autem partē Dirwonix quæ nunc Olsacia dicitur, & Visimirus Castrum Valen dictū in ripa maris septentrionalis vbi nunc Ciuitas nomine suo Wissimiria sita est, fundauit, Fuerunt etiam Castra Principiora principum prædictorum versus occidentē, & mare septentrionale vt Brzemia dictū, inde, quia pondus inimicorum, vt puta Vestphalorum & Frizonum & aliarum nationum sufferebat, sæpius ipsos inuadendo, eisque resistendo. Item Castrum Lyma quod nunc Limburg appellatur: Dicitur namq; Lyma quia petra latissima in medio camporum erupit. Vnde sic Slauī splendorem Lunæ in nocte lucentis lunam appellant, sic Castrum prædictū in camporum planiciæ splendens Lu-

dens, Lunam appellant. Fuit etiam ibi Ciuitas maxima, quæ Baruik vocabatur, Consuetudinis enim Slauorum Ciuitates vicos appellare. Vicus enim in Slauonico propriè dicitur ciuitas, in qua forum exercetur, nunc aliquando dicunt, transeamus ad ciuitatē, sed Vandalus ad Wik, & sic Bauik à fluuio, qui ibi fluit à vico, sic & szleguik à Sledz, qui in Slauonico hanc dicitur. Item Castrum Pierzryn, quod Castrum quidem Imperator sub Rege Slauorum per fraudem accepit & cuidam Nobili Micloni nuncupato de Dolewo, alijs de Dalemburg, fertur donasse, & ipsum in Comitem Seruienfinsensem creasse. Quod Castrum postea idem Imperator fraudulenter à filijs Miclonis accepit. Iste enim Miclo Castrum quoddam in palude circa villam Lubow prope Wisimiriam ædificauit. Quod Castrū Slaui olim Lubeck nomine villa, Theutonicè verò ab ipso Miclone Mickelburg nominabāt. Vnde ad præsens Princeps illius loci Miclonensis appellatur, Latine verò à Camporū magnitudine Magnum Pole nuncupatur. Item Castrū Gilow. Item Rostok à desolatione aquarū. Itē Castrum Vetla, Item Szwanow. Itē Ostrow. Itē Trzebieszow.

szow, Wologost, Czafni, Wolyniecz & Castra circa mare septentrionale sita fuisse scribuntur; quæ Poloni possederunt. Alia verò Castra Duces Saxoniz, Marchiones Branburgenses, Duces Stetinenſ. possident, quibusdã tamen ex insis nouis nominibus, antiquis mutatis, quædã vero iuxta priorẽ impositionẽ nominantur.

Item Nōtandum. Ex Chronicis Romanorum elicitur, quòd tempore huius Leszkonis CHRISTVS de Virgine Maria in Bethleem est natus. Iulio enim mortuo, Octavianus nepos suus sibi successit, sub quo Christus natus est. Imperante autem Nerone Romanorum Principe, qui Sanctum Petrum & Paulum Apostolos occidit; Leszko felicissimus Regum Lẽchitarum in senectute carnis exoluit debitum.

EPISTOLA XVII IOANNIS

Archiepiscopi Gnesnensis,

In qua prouerbiũ commune ad concordiam viginti fratrum, Post obitũ Leszkonis, Pompiliũ, nemine contradicente, in Regem præfecerunt.

Rara

Rara avis in terris fratrum concordia, Phœnix rarior, vt socia nauiget aula rate. Ex lacu enim vaporans inuidiæ horrendum tempestatis naufragium, Regni socios inuoluit. Sed beata, plusquam fraterna societas, apud quam plus pietatis valet religio, quàm ambitus principandi persuadent. Cuius felicitatis gloria super omnes emicuit proles Crocinij. Hic siquidem Crocinus, cum Rex esset Arabum, septingentos filios, dictu penè incredibile, ex pellicibus suscepit. Quorum fiducia ex sanguinibus finitimorum magnum nomen comparauit, imò inuictissimos Regum insigni felicitate perdomuit. Quorum vtinam successibus nostri consensissent Pompiliadæ.

COMMENTARIVS.

PERactis deuoti Leszonis Tertij funeralibus, inter viginti ipsius filios, tanta fuit concordia, vt filium eius Pompilium fratrem suum sine contradictione, ac quauis inuidia, in regem præfecerunt, cum tamen concordia fratrum est avis rara in terris, Phœ-

nice rarior, domus verò Regia concors, & amica, nauigans in rate est rarissima, Ideò quia propter inuidiam mutuam socij Regni non possunt esse amici: quilibet enim vult principari & nollet substerni, vbi igitur societas fraterna Beata, imò plus quàm Beata censerì videtur & meretur. Hoc autem inter fratres habetur, cùm plus reuerentia pietatis, quàm desiderium dominandi intenditur, quod fuit in fratribus filijs Leszkonis viginti quatuor.

Notandum. Phœnix est auis Arabiæ, de qua dicit Anib. in Examèrion. Phœnix quoque auis in locis Arabiæ perhibetur degere, atque ea vsque ad annos quingentos longè procedit, quæ cùm sibi finem vitæ adesse aduertit, facit sibi thecam de thure & myrha atque ex humore carnis vermibus exurgit paulatim atque adolescit, ac processu statuti temporis induit alarum remigia, atque in prioris auis speciem formamque reparatur.

EPISTOLA XVIII MATTHÆI Episcopi Cracouiensis,

De prin-

De principatu Pompilij nepotis Leszkonis.

ELoquar an sileā? pudor est aperire pudorē, postulat in facie mēda colore regi. Nā quali dignū puras memoria, ignobile generis dehonestamentum, enorme pudoris prodigium. Ille siquidem meritorum regratiator beneficus, ille inquam Regum minor Pōmpilius, eximius, cuiusdam veneficæ debriatus, illecebris, odijs gratiam, amicitias insidijs, cruore pietatem, fidem perfidia, tyrannide obsequia, recompensans. Cui mulierum procaecissima hosce sæpe supplantabat verborum flosculos, Non est tranquillitati plurimum confidendum, quia intensior solis serenitas in nimbos sæpius deferuescit repentinos. Nec minus te tibi aggratulari conuenit, quasi iam portum securitatis teneas, qui nec dūm fluctuum accessiones attrigeris, Non vides prominentes vndiq; scopulos tuis comminari periculis. Beatum quidem te regni facit sublimitas, securum pollicetur tui sanguinis murus in expugnabilis. Dura loquor, sed vera tamen. Nec beatum dico, nec secu-

rum : nulla est beatitudo , quæ suis languet vi-
ribus : nulla securitas , quæ suarum partium
laborat fractione. Porro quot patruos habes.
tot huius Regni minuta : tot quietis insidias.
Dicunt enim decoratissimas orationes , vo-
lunt autem gloriam ; nam sub rosa spinæ pun-
gitium , sub graminis vernantia coluber de-
litescit. Patronos se asserunt non patruos.
non patronos tantum , sed & patres. Sentis
ne hæc , atque animo illabuntur tuo ? Putas
illos nuda nūcupatione delectari. Patruelitas
certè nepotibus , Pupillis patronatus. Filiationi
paternitas posse imperare ; Hoc illorū im-
perium. Non vocali superficie signant , sed
rerum priuilegijs ostendunt , nec vt illis im-
perares te regem creauerunt , sed vt interim
quasi pendente imperio , quiuis illorum op-
portunitatem imperandi nanciscatur ; Sæpè
nāq; pro tēpore qualescunq; inserunt stipites,
vt surculus inseratur utilior , Nec verò Re-
gis te dignantur nomine , sed aut ludum te
dicunt fortunæ , aut sui cuiusdam figmenti cre-
aturam. Adde , quàm crebrò auitas tibi expo-
brant virtutes , vt hostibus expositum certius
extinguant , non vt virtutibus exerceant , po-
stremo te puerum esse nec quicquam nisi lu-
dere o-

dere oportere. Illi quidem quibusdam nugis
 velut seniorum te occupant consilijs, non ut
 prudentiorem reddant consulendo, sed ut
 occasiones contra te aucupentur cauillando,
 aut ut saltem tuæ vota iuuentutis retardent.
 Senes prorsus ridiculi, qui cum ipsi iuue-
 nescât, adolescentes tamen querunt decrepi-
 tos. Elige igitur, seruus malis esse an liber &
 tuus velis esse, an alienus & semel beatus, an
 semper miser. Scindi certè conuenit venam
 sanguinis prouidentiore sanitatis consilio.
 Non enim libera est vitis propagatio, nisi
 etiam rescindantur veri palmites, nisi falce
 omninò propagines amputentur. His & si-
 milibus ille persuasus, eadem iubente ma-
 gistra se in lectum languoris fictè coniecit,
 amicos quasi consolandi gratia, seu Consu-
 lendi necessitate iubet acciri, quibus & cau-
 sam & diem sui obitus, quasi diuinitus reue-
 larum secretius insinuat, singulis quasi singu-
 lare secretum instillans, de regni successore
 constituere vos conuenit, me mea fata vo-
 cant, cui satis fuerit remedij, ut sicut vestro
 regnauim munere, sic vestro videar immortalis,
 beneficio. Mori namq; omninò mihi non
 videar, si vestra erga me viderim studia, si

F §

meas vo-

meas vobiscum concelebrauerim exequias & Nam quid ab eo sperauerim qui, quod mortuo debet, viuenti negauerit, Audi res hinc veras, hinc fictas lamentationum voces, hinc suspiria, inde singultus, hinc plangtus lugubres, inde horribiles ululatus, hinc tussio pectorum, inde palmarum sonat comploasio, hinc torrentes manant, riui lachrimarum, inde vix semitinctæ madent palpebræ, lacerrant crinem virgines, matronæ vultum, habitum annosæ, auget omnium lamenta, reginæ simulatricis-eiulatus, quæ nunc virum, nunc singulos procerum luctuose amplexa, nescio qua dulci amaritudine, an amara dixerim dulcedine demulcet, vt iam non simulatis, sed lachrimosissimis omnes cõcuciantur singultibus, adeò, vt ad lamentabiles illius modulationes fama sit, imagines æreas fuisse lamentatas, & ad lachrimas eius statuas lachrimis manasse. Post funebres itaque superstitiones, quas etiam hodie in funeribus exercet gentilitas, lautissimis epularum excipiuntur delicijs, quos mero aliquantisper à mærore solutos, Rex vt sese viserent postulat, & vicaria populorum adhortatione, coram ipso blande consolentur. Ex iucunda ipsorum confessione

fionè sui languoris nasci remedium, suæq;
 vitæ extrema gaudio potius finire quàm lu-
 ctu occupari. Quid ait, ô Regina, quid mæstis
 mades fletibus? quid mærore consumeris?
 viduitatem times? His certè vñs ianuam vi-
 duitatis non es ingressura, imò in tot mei san-
 guinis superstitionibus, me semper puta super-
 stitem, nunc patruorum præcipuos, amicissi-
 morum intimos exhortatos esse velim, quo-
 rum velut syderum radijs recreor obtutibus,
 vt apud ipsos in te nostri viuat recordatio,
 vt potè, quoniam nostræ salutis reliquū, no-
 stræ animæ nouerint esse dimidium. Iurant
 illi se viuos prius velle sepeliri, quàm eius in-
 ficiari beneficia. Surrigatur, inquit rex,
 poculum, surrigar & ego, vt omnes consal-
 uere iubeam, vt valedictiuo inuicem fædere-
 mur osculo, vt ex hoc diuo nectare me præ-
 sorbilante singuli delibent. Erat autem au-
 reum poculum Reginz ingenio artificiosissi-
 mè elaboratum, in quo quantum libet exi-
 guus liquor ad summum inundabat, & cum
 vix esset crater semidimidius liquore sursū ve-
 lut vaporaliter suspensio plenus videbatur, Idē
 oris seu narium spiritu afflatus leuiore de-
 scendebat, sicut in bullientibus ollis ignea
 virtute

virtute contingit, donec certo fundo, certa quantitate confedisset. Eadem virtus calcipario dicitur inesse. Huic tam insigni potus lethiferi eiusdem arte Pincernæ conditus infunditur, quem qui post Regem bibiturus erat, oris eius Regi applicari iubetur, ne quid sinistre possit, quasi Regem prægustante epotari. Credebatur namque non solum anhelitu decrescere, quicquid arte exundauerat. Quicquid vero potionis veræ ac pestiferæ fuit insulum, Rege exosculato, epotare iussus est, qui Regi poculum applicuerat. Sic elusos, sic intoxicatos secedere rogat ex amica eorum colloquutione insperatam asserens sibi quietem somni surrepere Ebrj creduntur viri, quos veneni virus aut titubare cogit, aut humi prosternit, quorum vitam citra eiusdem noctis conticinium dolore extorsit. Quorum funeribus etiam sepulturam ille Tyrannorum atrocissimus denegat, probans cælesti extinctos ultione, qui amicum, qui nepotem, qui Regem ex hesternis exequijs sepelire intenderunt. Eamque sub pretextu religionis impietatem statuerunt, planctu seu fletu repentino maleficorū interitu desperata salutis gratia, multisque alijs argumentis detectam. At verò his

Verò his occidentibus patriæ syderibus omne
 decus occidit & omnis Polonorum gloria in
 favillam collapsa extabit. Illud namq; il-
 lud mundi opprobrium, illa virtutum pestis ;
 ille omnium spurcicissimus ; illi scorto im-
 pudentiſſimè gremio infusus ; luxu & igna-
 tia totus disolvitur. Nihil omnino beatius
 æſtimat ; quàm voluptatibus effluere. Eratq;
 illi hæc ſententiã celeberrimã ; Vngamur vn-
 guentis optimis, repleamur vino, carpiamus ſo-
 tem ne marceſcat. Hic primus in fuga, poſtre-
 mus in prelio ſemper fuit ; in periculis ti-
 midiffimus ſicubi metu affuiſſet afflatus ; in
 virtutũ verò acies hoſtis audaciſſimus, quas
 vnquam oppugnare deſtitit. In omnibus
 flagitiõrum armis exercitatiſſimus ; nullos
 prorsus haud expertus conatus, quos virtu-
 ti noſſet contrarios ; choros celebrius fami-
 lios ; quàm catus coluit viriles. Igitur ob
 huiuſcè meritorum inſignia, peſte inaudita
 elanguit. Ex cadaverum namq; corruptela,
 quæ inhumata iuſſerat abſci, mures inſo-
 lite quãtitatis nati ſunt, qui eũ trans ſtagna,
 trans paludes, trans flumina, tranſ etiã igneos
 fogos, tamdiu inſectati ; donec eũ vxore ac
 ſyobus filijs turri eminentiſſimã incluſos
 moribus abſumpſere.

COMMENTARIUS

LESZKONE Tertio mortuo, filius eius primogenitus senior Pompilius successit. Quem Pompilium fratres sui viginti, superius nominati, promptissimis fuerunt prosecuti obsequijs, quod amore suo fraterno sauciati, cognoscentes ipsum languescere, festino cursu ad eundem visitandum Krusuiciam concurrerunt, vbi ipsum mortuum inuenientes, filium eius Pompilium, nepotem autem ipsorum in Regem extulerunt. Quo in Regem coronato, aliquandiu cum eo commorantes, omagia sibi praestiterunt, ac ad propria deinceps redierunt. Qui Pompilius iunior flagitiosissimus fuit plus enim choreas virginum quam bella attentauit, & impudentissimo luxuriae fluxu & ignauia dissolutus, primus in fuga, postremus in bello exitit. In omnibus flagitiosis conatibus exercitissimus, Tyrannide suorum fidelissima patruorum obsequia repensat. Ad suggestionem enim suae uxoris impudicae patris suis, odio gratiam, insidijs amicitiam, crudelitate pietatem, in-

tate immaniter demonstravit, qui se languidū
 & morti appropinquantem simulans, pa-
 truos, conuocat, quos affatibus melissuis si-
 mulatae agritudinis quiescendo demulcens,
 se que viuere non posse pronuncians, vt
 de Rege qui sibi succederet, pertractarent,
 horratur atque deponit, quos postremo in
 potu valedictionis eis per suam vxorem pro-
 pinato crudelissimè mortificat: quorum cor-
 pora Tyrannus potius quàm Rex inhumata
 veluti diuinitus percussa iussit permanere,
 inquiens: quod hi herum, hi nepotem, hi
 Regem hesternis exequijs sepelire viuum
 intenderunt. Iste Pompilius pessimus co-
 gnominabatur Kofzysko, ex eo, quia pau-
 cos pilos & longos in capite habebat, Ko-
 fzysko enim scopa dicitur: Vnde nec sce-
 lus ita nefandum in patruos commissum
 permansit inultum. Putredine enim ca-
 dauerum suorum patruorum per ipsum in-
 toxicatorum, quos inhumatos permanere
 iusserat, mures inconsuetæ magnitudinis pro-
 creati, præfatum Pompilium inuaserunt,
 ita quod nec ferro, nec sustibus, nec aqua
 nec igne, nec aliqua celsitudine aut clausu-
 ra poterant prohiberi, quando ipsum inua-
 debant.

debant, mordebant insequentes. Qui tandem ad quandam turrin altissimam in Castro Kruszwiçienfi sitam fugiens, cum vxore sua, ac duobus filijs per dictos mures comestus, & diem vitæ viliter clausit extremum.

CIRCA LITERAM NOTANDUM.

Principes debent sibi cauere à fætoze libidinis & luxuriæ, & onere gulæ & intemperantiæ. Dicit enim scriptura. Rex non habeat plures vxores, quæ alliciant animum eius. In quo prohibetur libido luxuriæ & gulæ, quæ est ei annexa. Princeps enim debet esse Deo acceptus & gratus, in se honestus & ordinatus, suis amabilis & venerandus, hostibus terrificus & horrendus, quæ omnia libido aufert. Amor enim mulierum eneruauit potentiam Samsonis, infatuauit sapientiam Salamonis, fædauit sanctimoniam Dauid Regis. Nullum enim imperium durabile, nullus principatus stabilis, quando regnat in Principe libido luxuriæ. Vnde Imperium Romanorum exhaustum ac diuisum est Nerone imperante, cuius gula omnia deuorauit, maculauit libido, exhaustit auaritia, fædauit ignauia, luxuria cū superbia exinaniuit, vt refert Policratus.

libro

libro quinto capite II. Nec mirum. Quādo
 em Princeps in libidinibus relaxatur, subditi
 licentius præcipitantur. Vnde Gregorius
 5. Moralium super 10. vol. Iob, primo bi-
 bentibus vinum in domo fratris primogeniti
 &c. Cū inquit, amores voluptati deser-
 uiunt, moribus lasciuæ fræna laxatur. Vnde
 de Herodianus concionās coram Augusto,
 & loquens de Antonio sic narrat: Egestus
 libro I. Ille non victus est viribus tuis,
 sed magis victus est moribus suis. Vicit eum
 Cleopatra vxor, vicit eum Egyptius amor,
 luxuria victus est, quia maluit vinci cum
 Cleopatra, quàm sine ea vincere, vicit eum
 mulier infestior suis aduersarijs. Et de ista lu-
 xuria ac denocumētis suis loquitur Valerius
 dicens: Vollusiensium erat vrbs opulenta,
 moribus & legibus ordinata, postquàm verò
 in luxuriam prolapsa est, in profundum
 turpitudinum decidit, vt seruo-
 rum insolentissimæ domina-
 tioni subiaceret.

EPISTOLA XIX. IOANNIS
Archiepiscopi Gnesnensis.

G

Per

Per quam confirmat in simili, & merito, quòd mors inaudita accidit Pompilio, ex suo scelere nefario.

SIC Abdelitzæ propter ranarum multitudine[m] patriam liquere: sic Philistini propter extalium corrosionem cum hamis & muneribus aureis arcã filijs Israël remiserunt. Huic ergo pro singulari flagitio, singulare inflictum est flagitium. Vnde beatus sæper esse voluit, semel factum est vt semper esset miser. Hocem fæminea peractum est prudentia, hic fructus viros sequitur vxorios; hæc messis creberrimè innascitur crebris mulierum contubernijs, quod in libro legit experientia, vir muliere corruptior Sardanapalus. Hunc namq[ue] Arbactus præfectus eius, cum inter scortorum greges muliebri habitu & lasciuo, aut pensa virginibus vidisset dispensantem. Indignum est, inquit, viros ei parere, qui se fæminam esse malit quam virum. Ergo à suis ei bellum infertur, qui victus extracta pira, & se, & diuitias suas in incendium mittit, hoc solùm imitatus virum. Arbactus verò Imperio potitur laude potius

de potius quam vituperio dignior, qui non principādi appetit potestatem, sed miserabilē patriæ ruinam miserantibus humeris potius suffulcit.

COMMENTARIVS.

A Bdelitæ propter multitudinem ranarum patriam dimiserunt, & Philistini propter corrosionem extalium arcam filijs Iſrael receptā cū hamis & muneribus aureis remiserunt. Sic meritò Pōpilius, quia patruos suos toxico morti tradidit, & eos insepultos turpiter pronci fecit, vili morte & inaudita à muribus de patruorū corporibus generatis interit. Et quēadmodū Sardanapalus mulierū contubernijs ac illecebris deditus per incendiū suū obiit, vt refert Venerabilis Aegidius libro 1. parte 2. capite 16. Sic & Pompilius qui erat multis suæ veneficæ concupiscentijs illectus, meritò turpiter occubuit, quoniā iuxta demeritū pro singulari peccato singulare Deus infligit supplicium. Iuxta illud Deut. 25. Pro mēſura peccati erit plagarum modus. Et Apocalipsis 18. Quātum abundauit in delictijs, tātū datē ei tormētū & luctum.

G 3

G 3

VINCEN-

VINCENCII KADLVB EK

De gestis Polonorum.

Liber II.

QVI quidem liber, in quo scilicet no-
uorum Regum ac Principum Regni
Poloniae noua nunciatur successio, diuiditur
in duas partes, scilicet in Prologum, &
Executionem. Executio incipit ibi. **RADI-
CE ITAQUE POMPILII:** Pro-
logus diuiditur in duas Epistolas pro-
aemiales.

**EPISTOLA I. PROÆMIA-
LIS MATHAEI EPISCOPI**

Cracouiensis.

In qua modum procedendi, & cur
similes Historias interlerat, pro-
ponit.

Sed

Sed sinuosis longiùs euagari non conuenis
 sanfractibus, vt propositi, & suscepti cur-
 sus, itinētis debito carpātur compendio. Ne-
 mò tamen id nostræ imputauerit tentationi,
 quod quædam ex aliorum historijs princi-
 pali inseruntur seriei, quæ ex industria iu-
 bentur non præteriri: Tùm quia similia gau-
 dent similibus, tùm quia identitas mater est
 societatis, vt etiam non omninò desit, in
 quo sese lector exerceat. Nam quis vñas
 quis ficus semitæ altrinsecus appensas, imò
 in sua sponte pallata se ingerentes, prorsus in-
 tactas prætereat? Addecet ergo talium hilla-
 rescere gustu, non opere sarcinari, libet
 autem vt ex integro tui vasculo prom-
 ptuarij animæ sitienti aliud iu-
 cundius proponatur.

COMMENTARIUS.

SE & Ioannem Archiepiscopum excusat.
 de insertione similibum Historiarum prin-
 cipalibus accomodatarum, imò asserit, quòd
 propter ipsorum abundantiam eas hic com-
 pelluntur necessario ponere, vt lector in hoc
 G 3 opere

opere habeat se in aliquo exercitare, & per similia gesta similia cognoscere, ac in ipsis plus delectari quàm grauari.

EPISTOLA II. PRO ÆMIALIS IOANNIS ARCHIEPISCOPI Gnesnensis

In qua Mathæum, quòd ipsum in historiarum positione non spreuit, gratiarum actionibus prosequitur.

IMò pronus regratiandi prosternor obsequio, quòd meæ tenuitatis aceram nò fastidis acedinem. Et mihi quidem non esset pigrum, quòd posteris foret necessarium, nisi detractans æmulato meo quoddam ori obijceret silentij repagulū. Dicunt enim, haud facillè deprehenditur mētians in his, quæ nemo nouit; nec facillè falsitatē vitare potest, qui de ignotis multa præsumit. Procul verò procul absistat à viro fallaci assertio, nè modicum fermenti totā massā corrumpat. Quippe verus homo, falsus fieri per falsa meretur. Sic homo fit pictus, non homo, sic fit homo

COM-

COMMENTARIVS

MATHAEO & Ioanni gesta Regni Poloniae conscribentibus nonnulli detrahebant æmuli dicentes: Non facile inuenitur mentiens, quæ quis non nouit, nec facile falsitatem vitat, qui de ignotis metam præsumit. Isti tamen viri excellentissimi, quia hæc quæ scripserunt, in veris scriptis, licet fortè nō ita promptè, ordinatè, & discretè redactis inueniunt: Ideò ipsi nullā falsitatē veritati miscuerunt. Quare ipsis iniuriose inserebantur inuidiæ, detractiones, ac caninæ mordicationes. Hæc autem talia, vt præsumitur, faciebant, qui honorem Regni ac incrementum non diligebant.

**EPISTOLA III. MATHÆI
EPISCOPI CRACOVIANI.**

In qua noua successio Regū ac Principum Regni poloniæ describitur.

RADICE itaque Pompilij stirpitus excisa, noua principum initiatur successio, Quorum celsitudo, tantò porrectior, tantò creuit sublimior, quantò stipes dinoscitur fuisse depressior. Humillimi namque agricolæ filius Semouit nomine strenuitatem induit, adolescit industria, virtutibus parètatur. Qui suis non suorum suffultus meritis, primus magister creatur militiæ, tandem Regia fungitur maiestate, quod de ipso pænè ab ipsius Infantia crepudijs asserunt præfagiũ. Fuit enim quidã pauperculus, incola Kruluicensis cui nomen Pias, & coniugi nomen Rzepica, ambo natura infimi, rebus exigui, existimatione nulli, sed purioris vitæ studio sublimes, æstuque misericordiæ adè seruentissimi ut eorum substantiola in se plerumq; hospitalitatis nonnunquam augetetur impendio. Quis non miretur & quis non stupeat? vel augmento quid minus, vel diminutione augetur? Idem enim est, vel candore nigrescere, vel nigredine candidari. Rem tam exilem, rem pænè nullam larga crescere fecit daptilitas. Aianua namq; Põpiliij pulsus duo pusilli hospites, horum subingredi non dedignantur

dignantur tuguria, quos domestici affectuose amplexos discumbere iubent, à quibus extremæ venia paupertatis postulata, obsoniolum braxati modicillum liquoris apponunt: Orant ne quid, ne quantum, ne à quibus, sed qualiter & quo exhibeatur affectu, considerent. Velle, inquit, nobis adiacet, posse non suppetit. Hæc pro iniuncta paruui cesarie, & pro delibandis tonsuræ primitijs, despiciis cadentibus compilata vestris vtinam desiderijs accesserint. Quibus etsi dulcis desit sapor, saporosa tamen affectionis non desit dulcedo. Ad hæc illi. Affectus vester operi vestro nomen imponit: Nam quantum quis intendit, tantum facit nec potest esse insipidum quod sale charitatis conditur, quod fauo cordis instillatur. Quid gratum? quid dulce? pi-um & quid grata voluntas? Nam paleas operis aurea mens operit. Quibus confidentibus augeri liquor videbatur, epulæ excre-scere, adeò, vt vndiq; mutuata vasorum ca-pacitas, non sufficeret receptui, quæ nè im-minui quidem potuere longissimis quàm purimum conuiuiarum haulibus, quos eo cum Proceribus, cum Rege Pompilio iusse-

rat hospites & interrogari. Sub tanta igitur tantorum frequentia, Semouit ab hospitibus tonsuratur & futuri Regis festiuitas miraculi consecratur prælagio, qui velut inter mortuos cineres gloriæ scintillam, non solum suscitauit, sed immortales, Poloniæ titulos Zodiacæis penè signis inseruit. Hic enim non modo eas quæ Pompiliana deseruerat ignauia nationes reuocauit, sed & alias alijs intactas regiones suo coniecit imperio. Quibus Decanos, Quinquagenarios, Ceteriones, Collegiatos, Tribunos, Chiliarchas, Magistros militum, Urbium præfectos, primipilarios, præfides, omnesq; omnino potestates instituit.

COMMENTARIVS.

STIRpe Pompilij dicti Koszysko radicatus euulsa, Proceres Regni Poloniæ ad urbem Kruszwiczen, quæ pro tunc inter vrbes maior, & famosior, ac capitularis appellabatur, conuenientes, ceperunt de futuri Regis electione tractatum facere. Et quamuis aliquem de filijs intoxicatorum Principum eligere disposuissent, tamen diuersis in diuersos sua

sos sua vota dirigentibus, in vnum ex ipsis
 non poterant concordare, proprium plus, quàm
 bonum commune pretēdentes. Deceuerunt
 itaq; aliquem infimæ & modicæ cognatio-
 nis eligere, strenuum tamen & ex Lechita-
 rum propagatum propagine. Fuit itaq; qui-
 dam pauper agricola nomine Pias, & no-
 mē vxoris eius Rzepica in vrbe Kruszwiciē
 morātes, qui aliā tempore Pompilij Regis
 Koszyskonis duos hospites, qui creduntur
 fuisse Angeli: secundum autē quosdam Ioan-
 nes & Paulus Martyres putabantur esse.
 Quos Ianitores præfati Pompilij Re-
 gis à ianua eiusdem ipsis ingressum prohi-
 bentes, repulerunt. Qui cum apud ipsum
 hospitem confedissent, paratur illis refectio
 in cibo & potu, ex magno cordis affectu.
 Qui viso ipsorum cordis magno desiderio,
 & affectuosa intentione, impetrauerunt à Do-
 mino, vt tam epulæ, quàm pocula adauſta &
 multiplicata sint in tanta copia, quòd ea
 multiplicitas vasorum apud vicinos cor-
 rogatorum non poterat suscipere. Qui ho-
 spites iusserant & Regem Pompilium vnā
 cum suis proceribus ad conuiuium corro-
 gare: In quo quidem conuiuiō filium suum

Semoui-

Semouitum in crinibus totoderunt, & in Magistrum militiæ creauerunt. Mortuo autem Pompilio, Proceribus in Cruzwiciam conuenientibus, ac de electione Regis tractantibus, duo hospites præfati ad dictum Piasst redierunt, quem & miraculose in Regem eligi fecerunt. Nam cum tantæ multitudini inopinatè ad Electionem Regis collectæ portagia defecissent, at Piasst in domo sua modicum ceruisiæ pro se, ac sua familia braxauerat, in tantum liquor ceruisiæ abundabat, quòd omnibus Proceribus ac toti populo sufficientiam dedit. Quo viso Proceres miraculo, memoratum Piasst in suum Regem vnanimiter elegerunt. Qui ob hoc Piasst est nuncupatus, quia fuit statura breuis, sed robustus corpore, ac decorus aspectu. Piasst igitur Regalibus decoratus insignijs, ex Rzepica Coniuge sua filium vnicum suscepit, quem post annos primitiæ Semouit appellauit, qui quatuordecimo suæ ætatis, anno patri successit in Regno.

EPISTOLA III. IOANNIS Archiepiscopi Gnesnensis

in qua

In qua dicta de electione plebeiorum.
videlicet Pias & filij sui Se-
mouit confirmantur.

NON est minimum in humanis rebus
minima negligere: sæpè namq; de agre-
stium fruteculis Cedrina surgit proceritas, sæ-
pius Margarethæ inter arenarum delitescunt
minutias, sub cinere maximo viget virtus
scintillarum, generosa quoque magnanimitas,
nec turritas semper vrbes inhabitat,
nec pauperum prorsus aspernatur ruguria. No-
bilitatur enim sæpè palmes, palmite vitis.
Nobilitat fontem fonte redempta sitis. Nam
vt nota de David; de Saule, de Ioroboa
seruo Salomonis, alijsque quã pluribus ex-
empla præteream. Gordius conductis arans bo-
bus, omnium genere auium circumuolitur.
Quærit augurium Cui virgo eximie pul-
chritudinis quæ illi casu occurrit, regnum por-
tendi respondit. Polliceturque se tam ma-
trimonii quàm spei sociam. Inter Phryges o-
ratur seditio, docent oracula Rege discordanti-
bus opus esse. Rursus de persona Regis quæren-
tibus, Regem iubentur obseruare, quem pri-
mum in

num in templum Iouis in plauſtro euntē
reperiſſent. Obuiat illis Gordius, ſtatim eū
Regem, conſalutant. Ille plauſtrū quo
aduectus erat, templo conſecrauit.

COMMENTARIVS.

NON eſt mirum, Quod Piaſt & filius
ſuus Semouit, quamuis plebei, & pau-
peres in Reges Poloniæ fuerunt electi, quo-
niam & Saul, de quo habetur 1. Regum 16,
ac Gordius arator, pauperes & humiles ex-
titerunt, & tamen olim eximi Reges fuerunt.
Et ratio eſt: Melius enim de agreſtium fru-
teculis cedri magnæ oriuntur, inter arenas
Margarethæ occultantur, ac in cineribus ignes
conſouentur, nobileſq; non ſemper habitant
in Ciuitatibus, ſed ſæpe in tugurijs agreſti-
um. Poſſibile eſt ergo ignobilitatem gñis,
nobilitari opere virtutis, ſicut palmes ex vi-
te procedens nobilitat arborem, ſic & aquæ
fontis ſitim extingūēs, nobilitat ipſum fon-
tem. Non eſt ergo æquum, in rebus
humanis rem minimam & exilem
omninò deſpicere.

EPISTO.

EPISTOLA V. MATHÆI
Episcopi Cracouiensis.

In qua quatuor personas nomina-
tim enumerat de humili genere,
quæ in reges fuerant sublimatæ.

DE hoc antiqua recinere oracula, Si
quis Gordij iugera soluisset, eum tota
Asia regnaturum utique. Capta enim vrbe
Magnus Alexander, iugum plaustrum requisi-
uit, & capita stramentorum, scisis nodis,
inuenit. Agathocles quoque patre figulo
natus, forma tamen & pulchritudine cor-
poris egregius, Regi Siculorum Dionysio
succedit. Rex item Asiæ Aristonicus de
Cytharistæ filia susceptus etiam Romanos
prælio fudit. Ad quid verò interest, ut quis
Datomio exprobrauerit, quod operam
locare ad puteos exhauriendos, hortosq; irri-
gandos consuevit? Hic tamen insignis fuit
præ cæteris Rex Sydoniæ, ab Alexandro cō-
stitutus multis Spretis Nobilibus, ne gene-
ris id dantis beneficium putaretur. Idem
Alexan

Alexander ex Gregorio milite virtutis causa
 Ptolomæum prouexerat, qui post eum Egy-
 ptum, Africam, Asiam, Lybiæque partem
 obtinuit, Romani denique tales Reges ha-
 buerunt, quorum nominibus erubescant,
 aut Pastores Aboriginum, aut auspices Sa-
 binorum, aut exules Corinthiorum, aut ser-
 uos vernaſq; Tuſcorū, aut lupæ nutricios,
 Fruſtra igitur mihi degeneres de alti generis
 umbra glorientur, fruſtra de Gigāte natus pu-
 ſius de Gigantæa ſuperbit quantitate, De
 roſeto ſiquidem & roſa naſcitur, & ſpinæ
 pungitium. Ignoras eiſdem eſſe vitis, vi-
 num & acinum, neſcis eiſdem venæ aurū
 & ſcoriam, paleam conſtat in grano conci-
 pi, & granum in palea, imo tales eſſe debe-
 re Prīncipes, qui cum paupertate nolunt
 habere commercium, quia difficile eſt enim
 reuereri virtutes, qui ſemper proſpera uſus
 eſt fortuna, Vnde cuidam à ſequentē
 dictum eſt, ſemper te puta miſe-
 rum, quia nunquam fui-
 ſti miſer.

COMMENTARIUS.

Illi Prin-

Illi Principes sunt Reipub. accommodi, qui paupertates & miseras vitæ sūt experti. De quorū cōmoditate & sublimitate refert latè Franciscus libro 2. Capite ultimo.

EPISTOLA VI. IOANNIS
 Archiepiscopi Gnesnensis,
 In qua dicta præcedentis Epistolæ confirmantur, & quæstio ex præcedentibus mouetur.

Errare eos penitus fateor, qui aureum nobilitatis thronum in lumbis fingunt, nō in pectore. Cur non nobilis virtus quem sua nobilitat? sic cursu nuperrimo quendam offendi scrupulum, quē tuo munere rogo eximi. Nam vt ex ipso gentilitatis ritu præsumitur: si superstitiosa sunt tonsuræ libamina, cur superiore miraculo videntur consecrata. Cur fidelibus non solū non sunt inhibita sed celeberrima hodie deuotione solennia? Quod si seria, si vllius est mysterij talium institutio, cur ab eis qui se in cunabulis prudentiæ natos asserunt, cachino ridiculo excipiuntur?

H

COM-

COMMENTARIUS

CONSuetudo tonsuræ præcessit ex superstitioso Gentiliū more. Quare Christi fideles in hoc Gentiles nedum sequuntur, sed tonsuram pro magna reuerentia venerantur. Et sic, ut præsumitur, tonsura est alicuius utilitatis & Sacramenti. Quare illi, ut puta Græci, qui dicunt se sapientes, tonsuram ridiculis suis detestando aspernantur, prolixoque crine ornantur.

CIRCA LITERAM NOTandum. Ex Epistola præsentī ac præcedenti duplex nobilitas potest elici. Quædam naturalis, quæ ex genealogia patrum, auorum, & antiquarum diuitiarum confurgit, & sic filij Dominorum in bona paterna succedentes, nobilitate naturali dicuntur nobiles. De qua Nobilitate Phîs 5. Polyticorum dicit. Ingenuitas, est naturalis nobilitas. Diuitiæ antiquaræ & nobiles videntur, quibus existunt progenitorum virtus & diuitiæ. Et idem secundo Rhetoricorum, Nobilitas, inquit, est honorabilis progenitorum. Et ista nobilitas est secundum quid, & non
vera

KADLVBKONIS. 1156

vera. Vnde Alanus in planctu : quid tibi Nobilitas, quid tibi clarum nomen auorum, si seruus vitij factus es ipse tuis? Et pauper Henricus : Non præfigne genus, nec clarum nomen auorum, sed probitas vera Nobilitate viget. Et ratio. Quia nobilitas non nascendo quæritur, sed viuendo: Parentes enim nisi aliquid laude dignum egissent, nunquam Nobiles fuissent, Origo enim omnium vna, est vnus parens humani generis, vnus fons, qui vicissim modo turbidus, modo nitidus ad vnumquemque peruenit. Talis igitur Nobilitas quodam modo est aliena. alieno autem gloriari, ridiculosa est iactantia. Ille verò gloriatur de alieno, qui Nobilitatem auorum reputat in semetipso. Auorum enim merita nepotum degenerantium sunt notæ. Alia est Nobilitas formalis quæ secundum Senecam libro De moribus. Est generositas animi ex operatione virtutum resultans. Et hæc est vera Nobilitas. Vnde Cassiodorus lib. 10. Epistola 12. Verè, inquit, dicitur Nobilis, à quo probitas actionum non recedit.

EPISTOLA VII. MATHÆI Episcopi Cracouiensis.

H a

In qua

In qua respondet ad quæstionem
sibi propositam.

TEMERARIUM est, de incertis
temerariam præcipitare sententiam. Vnde
tui, si prudentes essent, discere potius di-
dicissent incognita, quàm deridere ignorata.
Nec enim de ea loquor, cuius initium à
Nazareis imitatur Ecclesia, quoniam tonde-
læ rationem paucos ignorare puto. Sed si
causam institutionis noueris, nec superstiti-
osam, nec ridiculam nostri tondelam ritus
agnosces. Instituta ergo est huiusce forma, &
formæ solennitas, ut per eam adoptio habe-
retrobur, ex qua propagatur quædam lega-
lis cognatio, sicut ex Baptismo seu confir-
matione Spirituali. Sunt autem adoptionis
duæ species, Arrogatio, & simplex adoptio.
Arrogantur, qui sui iuris sunt. Simpliciter
adoptati dicuntur filij familias, qui in Sa-
cris parentum sunt. Et prius quidem ado-
pandi modus, prior fiebat principali rescri-
pto, secundus verò imperio Magistratus.
Nunc etiam non ex petito principali oracu-
lo celebratur apud nostros adoptio, dummo-
do legi-

do legitima non defuerint testium instrumēta. Huius autē adoptionis cognationum, quæ per artificium iurisciuiis est introducta tanta religio, vt nec matrimonij prætextu possit violari. Sicut namq; Spirituales filij, sic adoptiui, non possunt iungi naturalibus, nec a tero eorum emancipato. Vnde Nicolaus, Inter fratres ob filios Spirituales, non potest esse legale coniugium. Vnde quidem nec inter eos quos adoptio iungit matrimonia cōtrahi leges permittunt. Hinc in Digestis, Titulo. De ritu nuptiarum. Per adoptionē quæ sita fraternitas, quousq; impedit nuptias, donec maneat adoptio. Idēoq; , quam pater meus adoptauit, & emancipauit potero ducere vxorem. Similiter in instutio. Titulo, de nuptijs. Si qua per adoptionem soror tibi esse cepit. quamdiu quidem constat adoptio, sanè inter te, & eam, nuptiæ consistere non possunt. Cùm verò per emancipationem dissoluta sit adoptio, poteris eam in vxorem ducere, quod si in filium vel nepotem aliquam adoptauero, potero emancipatam ducere: minimè, vt habetur eodem Titulo. Itaq; eam quæ tibi per adoptionem filia esse ceperit, vel neptis, non poteris vxorem ducere, quamuis

H 3

eam e-

eam emancipaueris. In hac verò tōsione solenni, ambæ plerunq̄ species adoptionis concurrunt. Nam qui tondetur, incipit esse tondentis nepos per simplicē adoptionem, mater verò eius fit soror adoptiua per arrogationem. Non erit ergo celebre hoc adoptionis genus quod tam legitima & causa procedit & ratione. Ideò nè dignum detestatione putabimus, quod hunc ritum & concepit, & peperit gentilitas. Talium verò sunt emptio, locatio, mancipiorum obligatio, & aliq̄ bonæ fidei contractus. Nā quod in quarto Codicis latam de adoptione & arrogatione sãctionem referari iubet Imperator, nec vltius esse deferendas, pro illis dictum est, qui suos manseres adoptant, & libidinem illicitam, quodam legis palliant colore, quod intelliges, si illum locum diligentius discussieris. Cauemus autem mouere talia, quibus ipsi vtuntur, irreligiosum enim est ea non venerari, quæ non instituit, quæ deuota maiorum veneratur religio.

COMMENTARIVS.

Tonsu-

TONSURA apud Christi fideles est instituta in signum & robur adoptionis legalis. Sicut enim ex Baptismo & confirmatione fit cognatio Spiritualis, sic ex tonsura solenni fit cognatio legalis. Adoptionis duæ sunt species. Arrogatio, & simplex adoptio. Arrogatio est, quando ille, qui non habet parentem, seu etiam qui emancipatus est, transit cum rebus suis in potestatem arrogantis, & debet fieri autoritate Principis: Adoptio verò est, quando adoptatus est in potestate patris, nec transit cum rebus suis in potestatem adoptantis, & debet fieri imperio Magistratus. Et sic adoptio est personæ extraneæ in filium vel nepotem.

CIRCA LITERAM NOTANDUM. Cognatio est triplex: Carnalis, quæ dicitur consanguinitas, sic Maria Virgo fuit cognata Helizabet. Spiritualis, quæ dicitur compaternitas. Legalis, quæ dicitur adoptio. Et ista habent tres species. Prima est Ascendentium, & Descendentium quæ attenditur inter patrem adoptantem, & filium, vel filiam, & ista indistinctè impedit matrimonium, quoniam pater non potest contrahere cum filia, vel nepte adoptiua, ipsa etiam emancipa-

emancipata. Secunda est, Collateralium, scilicet inter filium naturalem & adoptivum. Tertia est, quasi legalis affinitas, scilicet inter patrem adoptantem & uxorem filij adoptivi, & è contra.

EPISTOLA VIII. IOANNIS Archiepiscopi Gnesnensis.

In qua monet Mathæum Episcopum Cracouiensem, vt citiùs describat aliorum Regum & Principum gesta, successus & tempora.

IAM velut quodam hæitationis soluto compede, celeriusculè solito cursitare libet, quos & gressus rapit liberior, & via delectat expeditior.

EPISTOLA IX. MATHÆI Episcopi Cracouiensis.

In qua

In qua declarat præclarum succes-
sum, & merita Leszkonis Quarti filij
Semouit, & Zemomyſl Leszko-
nis filij.

SEMOVITO itaq; filius eius Leszko
Leszkoni verò filius eius Zemomyſl suc-
cedit, quorum vtrunq; animi generositas,
robur corporis, felices ad omnia successus
adeò redegere inſignes, vt omnium pænè Re-
gum virtutes ſuis antecederent virtutibus. De
Zemomyſl autem ille famoſus Mięszko cæ-
cus gignitur, cæcus ſeptennio educatur, qui
ãni exitu ſeptimi diuinitus illuſtratur, viſuq;
recepto, ætatem vicit induſtria. Sed tanti-
ſper lumine caſſus ratione cæcutire viſus eſt,
quod ſeptem ſcortis pellicum, quas coniuges
nuncupabat nocturnales variare vices con-
ſueuerat. His tandem repudiatis, de Bohe-
mia quandam Dabrowkam nomine matri-
monio copulat, cuius felici conſortio, gla-
cies infidelitatis diſſoluitur, & noſtrorum
labruſca gentilium in veræ vitis palmites tranſ-
migrat. Huic enim Catholicæ fidei aman-
tiſſimæ

tissimæ non prius nubere collibuit, quàm
 vniuersum Regnū Poloniae cum ipso Rege
 Christianæ professionis suscepisset caracterē.
 Didicerat namq̃, quod dispar cultus vnum
 erat impedimētum matrimonij. Primus
 itaq̃ Polonorum Rex Mieszko
 gratiā Baptismi suscepit.

COMMENTARIUS.

SEMOVITO Regnante, natus fuit ei
 filius, cui nomen Leszko: qui patris ve-
 stigia sequens, in omnibus virtutibus existēs
 præinsignis, in statu adolescentiæ filium pro-
 creauit, cui nomen Zemomyſi imposuit,
 quod interpretatur Terras præcogitans. Nā
 cum eodem filio terras Dominio suo subie-
 ctas in pace gubernauit, Sic quod à nullo
 Regnorum vicinorum molestias aliquas per-
 tulit, sed pace tranquilla. omnes nationes
 dirioni suæ subditæ, felicibus gaudebant
 successionibus. Zemomyſi autem de vxore
 sua genuit filium, qui cæcus natus, per se-
 ptem annos cæcus educatur. Quod Polo-
 ni cernentes, & quod alium filium intra se-
 ptem annos Rex Zemomyſi non procreaſ-
 set, tur-

set, turbati sunt, & dicebant: ecce iam in Regno Mieszko, id est, confusio, seu turbatio. Sciebant enim quod post decessum Kofziskonis quem mures deuorauerunt, multæ commotiones in Regno Poloniæ fuerunt exortæ, quas iterum valde formidabant, & ob hoc filium Régis cæcum Mieszkonem nominauerunt. Zemomyss autem anno Domini 915. prout Annales Poloniæ narrant, patri suo Leszkoni Quarto in Regno successit Poloniæ. Anno verò Domini 931. Mieszkonem filium suum, prædictum progenuit. Qui Mieszko septimo ætatis suæ anno diuinitus lumine oculorum accepto, tandem Anno Domini 966. cum sua tota gente Lechitica diuina gratia disponente ac Dābrowka sorore S. Venceslai & filia Ducis Wratislauensis, vt creditur, quam Mieszko cupiebat ducere in vxorem sibi, sacrum Baptisma suscepit. De qua anno 967. filium genuit, cui nomen Boleslaus in Sacro Baptismate imponi fecit. Anno verò 958. Iordanum in Episcopum Poloniæ & Præpositum Cracouiensem ordinare procurauit & tunc Ecclesiæ, & Episcopatus cæteri in Polonia per Dambrowkam dispositi ex quibus dicitur

dicitur, quod hæc Regina maximè catholica fuit. & magni meriti apud Deum, Fidem enim in Poloniam apportavit, nec Zelo Dei connubia cum Mieszko non Baptizato habere voluit, nisi prius ipse cum sua gente fidem suscepit, sciuit enim tanquam vera Catholica, quod dispar cultus vnum est impedimentum, quod impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum.

EPISTOLA X. IOANNIS Archiepiscopi Gnesnensis

Approbans dicta epistolæ præcedentis.

OMNIVM omninò hic primus Regum fuit, ac Serenissimus, per quem huc patriæ novi iubar syderis est infusum, per quem fons gratiæ Baptismi, ad nostri usq; seculi tempus manavit, cuius gesta non tam in cortice sunt dulcia, quàm sacro interius veneranda misterio, Illius enim cæcitas nostra fuit priuatio, quos veri luminis or-

nis orbauerat carentia, Nam quid illius pueritiae septennium, quonia nostrae insipientiae, nostri erroris vniuersitatem aestimabis, septennarius enim ob multas causas vniuersitati deseruit. Vnde non dico tibi dimittendi septies, sed septuagesies septies, id est vniuersam transgressionem. Similiter lauare septies, id est vniuersaliter de vniuersis, & mundaberis. Et in Thobia. Ego sum Raphael de septem Spiritibus vnus, id est, de vniuersitate Anglorum. Ille igitur septem annis infantiae, nos vniuerso nostrae obstinationis tempore calligauimus. Illi anni sine septimi visus restituitur, nos in quos fines seculorum deuenerunt, septiformis lux gratiae oritur. Vxor tandem illi copulatur, & nos vniuersum vnus, id est Ecclesiae amplexibus fœderamur. Dictus verò est Mieszko, id est turbatio, quia caeco nascente, parentes turbati sunt, vel mystice: quia ab ipso initiata videntur belli Spiritualis apud nos semina-ria per illum enim intemnatum est bellum bonum, ut rumperetur pax mala, aut forte, ut ait Euangeliū, Non omnes corde in cythara resonant, nec quotquot in Mysticis ponuntur, Mysticū habent intell. etum

COMMENTARIUS

CIRCA LITERAM NOTANDUM. Duplex est pax, scilicet, bona & mala, mala est duplex: Periculosa[m] malitia[m], hanc habet homo, cum diabolo eius suggestionibus consentiendo. De qua sapientia 14. Et non suffecerat curasse eos contra Dei scientiam, sed in magno viuentes & nescientes bello, tot & tunc me pacem appellant. Secunda pax mala est, Dolosa[m] amicitia[m]. Hanc habet impius cum proximo. Hieremiae exemplo capite 9. Vnusquisque se à proximo custodiat. Sic etiam pax bona est triplex. Prima est affectuosa[m] concordia[m], hanc habet iustus cum iusto. Ad Eph. 3. Solliciti seruare vnitatem Spiritus in vinculo pacis. Secunda est virtuosa[m] iustitia[m], Hanc habet homo cum Deo, suis mandatis obediendo. Isa. 48. vtinam attendisset mandata mea, facta fuisset sicut fluuius pax tua. Tertia est, Deliciosa[m] gloria[m]. Hanc habent sancti æterna, in gloria conuiuendo,

Isa. 32, Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. Et sap. 3. Iustorum animæ
in manu

In manu Dei sunt, illi autem sunt in pace &c.
 Notandi Lechitæ olim ob zelum in Deum
 & verbum Christi, extrahebant gladios,
 dum Euangelium legebatur.

EPISTOLA XI. MATHÆI Episcopi Cracouiensis.

De successu pij Boleslai filij Mie-
 szkonis cæci.

PORRò de tam generoso stipite furculus
 vegetatior, palma erupit sæcundior Mie-
 szkonides Bolessaus. Qui adhuc tenellas fi-
 dei primitias adhuc in cunis vagientem Ec-
 clesiam tam tenero amplexu, tam adulta
 fouit teneritate, vè geminam Metropolim in-
 stitueret, & debitas suffraganeorum Diæce-
 ses vtriq; deputauit. Ipsarumq; Diæcesium di-
 stinctiones certis limitibus insculpsit. Ni-
 hil enim est quod lumine clariore præfulgear,
 quàm recta fides in Principe. Nihil est quod
 tam nequeat occasui subiacere, quàm vera
 religio, Vnde ad cumulum religionis pa-
 trem sanctitatis, ac patronum Sanctum Ad-
 albertum

albertum infinitis Bohemorum iniurijs a-
 ctum, deuotissime suscipit, reuerentiam exhi-
 bet, omni studio veneratur. Quem Sanctus
 ad plurima, paucis informat: Digna, inquit,
 vox est, Maiestate regnantis legibus alliga-
 tum Principem se profiteri, adeò de autori-
 tate iuris principum pendet autoritas. Ius
 verò diuinum humano præiudicat. Lex nãq;
 Domini inreprehensibilis, lex immaculata
 conuertens animas. Omnium igitur fili quæ
 agis è diuinæ speculo iustitiæ formam mu-
 tuare, nam reuera omni maius est imperio
 legibus Ecclesiæ omnem submittere Princi-
 parum, tam fidelem eruditionis formam nò
 infidelis ille auditor, cordis sacrario impin-
 git, tam se, quàm suos religionis scabello sub-
 sternens, omnium de se à iuris non assentato-
 ribus erigens censuram. Et ne vllius possit
 circumspèctionis argui, ne vllum in eo locum
 vlla inueniret leuitas, altis prudentum gaude-
 bat occupari consilijs. Duodecim namq; ele-
 gerat summi consilij viros, quorum Sacra iu-
 giter sugebat vbera: De quorum pectori-
 bus, velut quibusdam diuis fontibus omni-
 mòda virtutum eliciebat rudimenta. Hinc
 delinquentium culpas & districte nouerat par-
 cere, &

cere & pie referare. Nam nec sine vltione fu-
 it pius, nec sine pietate districtus, adde ex iu-
 stitia & mansuetudine, quasi electri purioris
 cuiusdam temperati rutilabat in illo sereni-
 titas, vt nec rigor esset rigidus, nec mansue-
 tudo desolata. Tanta illi alienæ calamitatis
 fuit compassio, vt prius alienis quàm pro-
 prijs occurreret incommotis, & in causis op-
 pressorum non Iudicem se gessit, sed Patro-
 num. Si quid tamen seuerius iusta in aliquè
 exegisset sententia. Modicellæ precis inter-
 uentu expiabat, nonnunquam etiam à læ-
 uendo delinitus quietis amplexibus quietus
 mansuescebat. Quid plura & illi nihil defuit,
 quod naturæ amicum, quod virtuti affonum,
 quod honestati fuisset cõsentaneũ. Ideo Impe-
 rator Otto ruffus, desiderio experiēdi eaz quæ
 fama De Boleslao diffuderat, Poloniam in-
 greditur, quasi beato Martyri Adalberto vo-
 tiuam exhibiturus reuerentiam, qui omnibus
 diligenter circumspectis, Frustra inquit, fru-
 stratorios de hoc viro suspicabar diuulga-
 ri rumusculos, frustra famam loquacitatis
 criminabar, quam nunc potius mutam di-
 xerim & elinguem, inuidam ac tenacem, quæ
 plura, quæ maiora sepelis silentio, quam tu-
 ba veri-

ba veritatis præconetur. Vnde hunc nostrum
amicissimum imperij non in partem vocari
solicitudinis, sed plenitudine addecer potesta-
tis gloriari, utpote in quo ipso prætorum ple-
nitude gloriatur, non tam excelsis honoris
gradibus, quam illius excellentia sublimis.
Imperiale itaque diadema detrahens, capiti
Boleslâi non sine reuerentia imponit, suo er-
go dyademate caput illius conueniunt, &
licet argenteas officinas, auream supplecti-
lem, officiosissimos etiam officialium ornatus,
licet omnia duceret admiranda, ipsius tamẽ
virtutes non satis potuit admirari, quas dum
velut in quẽdam spheræ glomicellum in
huc solũ & vidit & inuidit cõgestas.

COMMENTARIUS.

BOLESLAVS prius dictus magnus
& animosus, qui Poloniæ chabri nuncu-
patur, terminos Lechitarum ab alijs deper-
ditos strenue recuperauerat, & sex Cathedra-
les Ecclesias Posnaniensem quam primo fun-
dauit, in cuius medio Ecclesiæ tumulatus
quiescit Gnesnensem, post Masouiensem quæ
nunc Plocensis dicitur, Cracouiensem, Wra-
tislauensem

rissauensem & Lubicciensem Kuiauiensem
 quæ nunc Wladissauensis nuncupatur
 fundat, & multa Monasteria construxit &
 dotauit. Ipse quoddam tributum in Po-
 lonia quod stroza dicitur statuisse fertur
 ita, quod quilibet de aratro vnâ men-
 suram siliginis & aliam auenæ ad Regis
 granarium singulis annis pensabat, mili-
 tibus pro Repub. certantibus, duntaxat ex-
 ceptis, & hoc postea tributum corrente tem-
 pore in salarium duorum grossorum est con-
 uersum. Ideò illud tributum Stroza dice-
 batur, quia hominibus in Castrorum custo-
 dia degentibus, & præcipuè in extremitate
 Regni existentibus, ad vsum ducebatur. Nã
 Rex præfatus Boleslaus, cùm metas Polo-
 niæ in Kijow quod est Metropolis Russiæ
 in Cissam & Dannubium fluuios Vngaro-
 rum ac Carinthiæ, & Zulawam fluuium
 versus partes Turingiæ ad mare Septentri-
 nale statuisset, vtiliter recuperando per suos
 progenitores deperdita, ædificauit Castra
 plurima in extremitate Regni Poloniæ, pro
 conseruatione Regnicolarum & resistentia ini-
 micorum, & præcipuè in ripis fluuiorum
 Zulawa, in quibus statuas ferreas pro metis
 posuit

posuit, & Albea, vltra quam Albeam versus Vestualiam quoddam Castrum dictum Brze-
mia ædificauit, cui de hoc nomen imposuit,
quia omne terrarum onus siue pondus di-
citur in vulgari. Hinc Boleslao gladius dici-
tur fuisse datus per Angelū, in quo omnes su-
os aduersarios cū Dei adiutorio vincebat, qui
gladius vsq; ad præsens in armario Thesauri
Cracouien. conseruatur, quem Reges Polo-
niæ ad bella euntes deferre, & semper tri-
umphare de suis hostibus consueuerunt. Obijt
autem dictus Boleslaus Anno Domini 1026.
in Castro Posnaniensi, ibiq; in medio Ec-
clesiæ Maioris tumulatus feliciter requiescit.
gladius autem præfatus per Angelum de cæ-
lo Boleslao datus Sczyrbic appellatur, pro
eò, quia admonitione Angeli Russiam ve-
niens portam auream qua Castrum Krow
claudebatur, cum eodem percussit, ex qua
percussione gladius modicam læsionem susce-
pit, quæ læsura in Polonico Sczyrbic voca-
tur, & ideò gladius ille Sczyrbic nuncupatur.
Huius tempore Otto Imperator Tertius di-
ctus Ruffus gratia visitandi limina S. Adal-
berti quem in vita valde dilexerat Poloniam
intrauit, quem Boleslaus honorificè suscepit
& magni-

& magnificè tractauit. Ipse vicem in bono
 rependens, Boleslaum consortem Imperij or-
 dinauit, sibiq; cum magna reuerentia dyade-
 ma imposuit, & Mielzkoni filio suo soro-
 rem suam consobrinā in vxorem desponsauit
 & pro munere Beati Mauritij lanceam & cla-
 uum Domini Boleslao donauit. Boleslaus
 autem Ottoni brachium S. Adalberti Mar-
 tyris in signum mutuz dilectionis & ob re-
 uerentiam dignitatis Imperialis inter cætera
 donauit & condonauit & hoc año Domini
 1001. Licet hoc etiam habetur in **CHRONI-
 CA Romanorum**, vbi dicitur, quod tempore
 secundi Imperatoris Ottonis S. Adalbertus
 natione Bohemus floruit. Hic primum E-
 piscopus Pragensis, post reuelante Deo Pā-
 noniam veniens primum Regem Vngarorum
 scilicet S. Stephanum cū multis alijs Bapti-
 zauit. Deinde Poloniam veniens & eosdem
 in fide confirmans in Prussiam venit, & ibi-
 dem prædicando Martyrio coronatur. Et in-
 sequenti **CHRONICA Romanorū** ponitur.
 Otto tertius visitans locum in Polonia vbi
 S. Martyr Adalbertus in Gnesna quiescebat,
 accepto brachio ipsius Romam est reuersus,
 locans illud in insula in Ecclesia, in qua mo-
 do dici

do dicitur quiescere S. Bartholomæus Apō-
 stolus. Ex inde Elicitur, quod Sanctus Ad-
 albertus Polonos ad fidem Catholicam non
 conuertit, sed eos fideles inueniens, notici-
 amque singularem cum Boleslao habens,
 in Regno Poloniæ Archiepiscopus fuit,
 tanquam nouellos in fide roborauit & ipsis
 sic verbo & exemplo roboratis, versus Prus-
 siam augendo fidem Catholicam procef-
 sit, & ibidem Martyrium suscepit, & ut
 habetur in **CHRONICIS** Annalibus Po-
 loniæ S. Adalbertus, postquam fides Catho-
 lica in Poloniam per Dambrowkam allata
 quasi 30. annis viguit in Poloniam venit, imò
 prius fides Catholica in Polonia claruit, quā
 ipse in Episcopū Pragensē consecratus fu-
 it, fides enim Catholica Anno Domini 966.
 Poloniam introiuit ipse verò Sanctus Adal-
 bertus Anno Domini 987. in Episco-
 pum ordinatus exitit, Anno verò
 Domini 997. Martyriū suscepit.

EPISTOLA XII. IOANNIS
Archiepiscopi Gnesnensis.

In qua

In qua roborat dicta de laudibus
Boleslai.

NVNC tandem viri bona laudasti :
 Omnia enim quæ precio nitent aliena
 sunt, omnia fortunæ bona sunt, non no-
 stra, meas tamen putauerim gemmas, quæ
 in pectoris nascuntur armario. Vnde qui-
 dam ad Philosophum ingressus fuliginosè si-
 tum mansuetæ, suppellectilis ariditatem,
 ipsum verò habitum pannosum, vultu squali-
 dum, maciè videt horribilem, nasum in ru-
 gas contrahit, omnia illi imperat, de omni-
 bus illum obiurgat, cui sapiens: In aliena,
 inquit, mansione me hodie occupatum in-
 uenisti, meam crastino si libet contemplare
 lautissimo excipiendus apparatus. At ille,
 actum puta. Die verò condicito inducit illū
 Philosophus in ædem quandam, in qua for-
 te tunc quorundam prædiuitum sodalitiū
 erat futurum, Hic, inquit, habito, inquit,
 nostræ splendor suppellectilis, non ille squa-
 lor hesternus. Locat illum sera eminentiore,
 amictu exornans purpureo. Vernulas enim
 I 4 vasa,

vasa, vestimenta, à domino domus corrogauerat, apponit discum argenteum vacuum, & alterum cicutis partim integris, partim concisis refertum dicens, Vescere Sodes. Respondit ille, Quonam vescar? Hoc inane, id horribile. Cui Philosophus: Tam plenæ tam sapidæ sunt prudentibus diuitû deliciae. Offert illi duo pocula, vnum aureum, alterum fictile, sal in aureo, nectar in fictili. Hoc inquit est, quod in diuitis fulgore admiraris, id in pauperis squalore fastidis, æstima quid eligendum putas in auri superbia, fellis àcrimoniam, an fauum in fictili nectareum. Deinde iubet ex industria fellam, cui ille infidebat clam succidi, à qua lapsus, de laterum queritur læsione. Tum nonnullis cachino defluentibus, ait prædictus. Nihil hoc noui, talis em̄ est natura sublimium, vt quo fuerint celsiora, eò magis ad ruinã prona. Familiare autem est sublimibus familiares habere casus. Et ideò collaterales illis esse debere laterum molestias omnibus, quod detractis induujs ab aula eiecitur, afficitur contumelijs, flagris conciditur, aperit illi omnia aliena, docet alienis vti posse, abuti nõ debere. Iucundioresq; in paupertatis diuersorio, quã in domibus

domibus Regum esse delicias. Lucunda enim res est, lata paupertas : Sed paupertas non est, si lata est. Qui ergo inquit nostrā domum intrauerit, nos potius miretur quam nostram suppellectilem.

COMMENTARIVS.

OMNIA bona fortunæ sunt aliēna. Bona autem mea sūt virtutes animū decorantes, de quibus homo meritò debet laudari : quia secundum Tullium in paradoxis parad : vltimo. Quantum vnusquisq; particeps est boni, tantum & laudabilis : de bonis autem alienis nullus debet laudari. Et hoc Dominus Ioannes declarat per exemplū in litera. In quo exemplo habetur quomodo quidam quendam iuuenem corripuit, qui bona exteriora laude digna solum reputauit, & Dominum ex domo laudare voluit.

CIRCA LITERAM N Orandū.

Cicuta est herba nociua à recus dicta quasi recuta, quia succus eius noet oculis, vel quia in toxico nocendi modos habet occultos.

EPISTOLA XIII. MATHÆI
Episcopi Cracouiensis,

De amplioribus laudibus magni
Boleslai.

Vereor autem nè Boleslai facta assequi non possim, quibus & elinguis sit discretissimorū & laudatissimorū eloquentia obmutescit. Huius namq; vniuersa suppellex aut animi dotibus viguit, aut in armorum strenuitate resplenduit, quibus Seleuciam, Pomeraniam, Prussiam, Russiam, Morauiam, Bohemiam suæ subijciens ditioni, suis posteris reliquit vestigales, in Vrbe Pragensi Secundariam sibi sedem Regni constituens. Hunnos seu Vngaros, Croacios & Marsos gentem validam suo mancipauit imperio, imò & Saxones indomitos adeò domuit, vt in Sala flumine columnam fixerit ferream, quasi quibusdam gradibus sui fines imperij, ab Oriente Occidenteq; determinans. Nam ab Oriente in aureis Knouizæ valuis, alteram metarū impegit vbi Mucronis icu creberrimo vrbe capta, velut quodam bonce
signum

signum in aurea Ciuitatis porta excidit, vbi
 quendam sui sanguinis Regem creat; ipso
 Ruthenorum Rege non prælii quidem sed
 solo ignauiae metu profligato. Nam cum
 illi Boleslaus venire nunciatur, vt erat
 magis piscationum intentissimus, hamum cū
 regno abiicit dicens: Eius hamo sumus in
 tercepti, qui Silueos prædere nō didicit, quo
 vix dicto, in fugam tremebundus conuertitur,
 fuga tutior quàm prælii congressu felicitior.
 Boleslao siquidem triumphum de hostibus
 post felicem reportante, ac toto pæne
 illius exercitu defluxo. Iste fugiens tam
 visis quàm viribus collectis à tergo surrepit,
 ratus aut incautum insidijs inuoluere, aut
 prouidum obruere multitudine. Quibus
 eminus ille visis ait: O socij puluis pecorum
 calcibus excussus exiit à Castris, illi temulentissimi
 & desidēs, ante occasū occidunt, aut
 impetum succumbunt, arcendi tamen sunt
 volatiles muscarum aculei, quia etiā contra
 ignavos molesta est torpedo, turpis est
 ignauia. Nec nos moueant inexercitæ plebis
 cepti exercitus, quia in paucioribus via
 liberior & circumspectior strenuitas, nec
 mulgo est gloriofior vincens multitudo, quam
 via paucitas

Et paucitas. Igitur quia cum sarcinis facili-
 liter nemo enatat, abijci conuenit prædæ oc-
 cupamina, Iucundius enim est victoriæ iocun-
 dari titulis, quàm prædocinijs imprægnari.
 Ad hæc illi animo inquirunt desideranti. Mo-
 ra est ipsa celeritas, cui ergo vacat, hostium
 capita computet legionum, nostri enses in-
 terim capitum supputent minutias, Conser-
 tissimas itaque penetrant acies, ferrea ferro de-
 metunt papauera, nec Sanata est infatiabilis
 Leonum rabies, donec extrema rotata sunt
 cadauera, donec Buk flumen cruoris concre-
 tum est, coagulo non angusto, Rursus de
 cursu tempore, Boleslaus Russiam, Rutheni
 Poloniã hostiliter ingredi gestiunt, & inter-
 iectu quodam fluminis, quod Regna limita-
 bat, Castra ex opposito metantur. Cum bar-
 barus ille non disiecta quàm despecta Po-
 lonorum paucitate suorumq; numerositate
 recensita, quodam excellentiæ fastu supra se
 rapitur, neminem præ se hominem ducit,
 & inanis captiosus gloriæ, glorioso mandat
 Boleslao. Aper seclusus est ab indagine, sus
 in volutabro deprehensa, nostrorum cassi-
 bus inuoluitur, quàm necesse est nostrorū e-
 xercitamina catuorum experiri, & luctuosum
 de se

de se prebere spectaculum. Cui ille; Vir vanus in superbia erigitur & quasi pullus onagri se liberum natum putat, me aprum, me suem vocat, nec fallitur. Hic namq; singularis Aper illum forsitan depascet. Sus itaq; robustorum fecundissima, diuino utinā utiq; opitulamine sic illos canes exercent, ut illorum sanguine debrietur. Sed armis dimicandum puto, non verbis. Interea vtriusq; partis Clientuli, se mutuis prouocant contumelijs, vicarijs lacessunt iniurijs. Tum Castrorū latrunculi Castra hostium irrepunt, quorum quosdam obruunt quosdam diffugio impellunt. Qua re cognita Boleslaus, acies ordinat, Castra mouet, classicum iubet instrepi clamorē, hostes insectatur, de omnibus triumphat. Nam & Rex cum primis procerum capti, canum instar copulæ inuexi pertrahuntur. Non iniurijs, ut pote, quos suos Princeps catulos nuncupauerat, quod tamē egregius victor ægre tulit. Miserum inquit est miseris insultare, quia nihil tibi de aliquo fortuna promittit, quod alij de te promittere nō possit.

COMMENTARIVS.

Virtutes

VIRTUTES animi & fortitudo Magni Boleslai sic claruere, quod eloquentia disertissimorum & commendabilium Oratorum merita sua & virtutes enarrare non possunt. Sic enim Strenuissimus extitit, quoniam Silesiam, Pomeraniam, Russiam, Morauiam, Bohemiam suae ditioni subiiciens, suis succedantibus reliquit tributarios ac subiugales. Hungaros etiam & Croatios pariterque Mardos, nec non Saxones suo dominio subiugit. Unde ita late regnauit, quod unam ferream metam, in Zulawa fluuio Saxoniae posuit, aliam verò in aureis ostijs Kijowiae gladio Sezerbie inflixit, ubi suum consanguineum in Regem creauit, Rege ipsorum Ruthenorum de terra propulsato. Circa quod notadū. Duos triumphos ipsum Boleslaū contra Regem Ruthenorum obtinuisse. Primus fuit dum Ruthenis profligatis & Rege Russiae creato ad propria cum praeda magna remeat, Secundus, dum Ruthenus in Polonia vindicare intendens, circa fluuiū Regna limitantem penitus profligatur, & ipse captus more canū cum alijs copulatus fuisset.

CIRCA literam notandum. **Clas-**
cum est cornu vel tuba, vel aliud instrumen-
tum cau-

tum causa conuocandi factum. Classicum etiam dicitur signum bellicum vel sonus tubæ. Vnde Romulus cum Rempublicam instituisset Romanos in duas partes diuisit, scilicet in nobiles & ignobiles, & vtramq; partem classē appellauit, à quibusdam classicis quia tam isti quam illi suum signū habebant.

EPISTOLA XIII. IOANNIS Archiepiscopi Gnesnensis,

In qua quod meritò magnus Boleslaus ex Regno Ruthenorum triumphabat, per simile probat.

EXITVS iactantiæ casus est, finis hu militatis in gloria. Nihil enim displicentius, nihil Deo ingratius, quàm cervicofus arrogantiae tumor, qui multos subuertit, qui nonnullos vertit in belluas. Idem fastus Darij copias nimbis obruit & grandine. Nam Alexandro bellum contra Darium gestiente, mittit ei Darius tria munuscula, pilam qua ludunt pueri, scuticam qua corripiuntur

piuntur, & aureos, cum hac Epistola, Darius Rex regum & consanguineus Deorum, Alexandro famulo suo salutem. Puer es, adhuc reuertere ad parentes, qui famuli mei sunt, Pilam misi tibi vt ludas, cum adhuc puer es, Scuticam quia adhuc correctione eges, Aureos, quia scio te indigere. Etego si vellem totam terram, quæ vsq; ad tuos pedes est possem talibus consternere: Et cum puer sis, non est tecum conflegendum armis. Ad hæc Alexander Regi regum & consanguineo Deorum Dario. Munera quæ misisti longè aliter interpretor Pilæ rotunditas, spōdet mihi imperium Orbis. In scutica tentula, quibus te cum tuis vincam intelligo. In aureis, quod omnis tuorum prodetur mihi ciuiū possessio: & oportet armis pugnare non verbis. Cumq; congregasset Darius infinitos exercitus, facta est tanta grando cum niuibus in exercitu Darij, quod putares Deum contra quem conflingeret. Qui curru deficiens, cui cum vxore ac liberis insidebat, vix beneficio noctis euasit. Vxorem verò & liberos eius cum pluribus cepit Alexander, quos in regali habuit reuerentia, mortuos autem qui audacter pugnauerat, magnificè sepeliuit.

perliuit. Sic namq; sapiens vicit, vt victorē
 nemò sentiat. Sic Philippus Rex tacita hac
 læticia dolorem hostium temperauit, vt
 neq; apud suos victor exultasse, neq;
 apud victos insultasse videretur.

COMMENTARIVS

SIMILE ad Boleslai triumphos appli-
 catum. Alexandro enim contra Darium
 bellante, quia Darius superbiam induerat,
 Ideò per Alexandrum deuictus erat meritò,
 quemadmodum clarè pater in litera, Et
 etiam in **CHRONICA** Alexandri. Si-
 militer accidit inter Regem Poloniae Vla-
 disslauum & Cruciferos de Prussia Anno Do-
 mini 1410. Cruciferi enim superbia afflati.
 Vladislao Regi Poloniae cum Alexandro a-
 lias Vithoudo magno Duce Lithuaniae fra-
 tre suo duos gladios cruentos ante congres-
 sū miserunt, quibus ipsos necare intende-
 runt. Ipsi verò gladijs humiliter acceptis.
 in auxilium Deo assumpto, Magistrum ge-
 neralem cum Marschalcione ac commenda-
 toribus, ac alijs ipsorum complicibus, Cen-
 tum millia, triginta millia, & Quadringentos
 occiderunt

K

occiderunt

occiderunt, quorum residui capti Cracouiam
 am vincti & catenis ligati, non pauci sunt
 appulsi. Vinculaque grandia ipsimet sustule-
 runt, quibus Polonos Cruciare volue-
 runt. Hoc inflixit eis superbia, quæ
 meretur casum & nō sublimia.

EPISTOLA XV. MATHÆI Episcopi Cracouiensis,

In qua describit dominia duorum
 Regum, scilicet Mieszkonis filij
 Boleslai magni & Casimiri filij
 Mieszkonis.

TAM secundis verò Boleslai successibus,
 filius eius Mieszko secundus, non tam
 secundo successit auspicio. Quia enim vo-
 luit esse contentus gloria, quàm ne attingere
 quidem nedum trāscendere quis poterat. Nec
 civibus tam gloriosus, nec hostibus adeò vi-
 sus est terribilis. Nam si qua cum quibuspi-
 am gessit prælia, necessitatis ea fuisse constat,
 non virtutis: coacta, non voluntaria. Non
 quod nulla illi strenuitas, sed quia diligens
 tior cons

tior cōseruandi ratio, quàm acquirēdi inerat libido. Satis enim absurdum putabat, cum in habēdo certus haberi modus debeat. Acquisitionem tamen modum non ponere, tamen & si quæ vllius in bonis occupati cōcedatur auctoritas. Ab omni tamē iure aliena est iuris alieni occupatio. Hic igitur ex imperiali Ottonis tertij sorore, insignem genuit Casimirum, de quo diuersimodæ series textur Historiæ. Dicunt enim quidam, quod post Mieszkonis decessum, vxor eius filio adhuc immaturo regnum tradere, non ausa, Regni suscepit gubernacula. Quæ quia æquo violentior visa est, imò quia patriæ indigetibus quantumlibet primis quos libet inquilis nos & suorum lixas Theutonorū præponere cepit, à ciuibus profligata in exilio conuenit, paruulo Casimiro sub fideli Procerum tutela reseruato. Qui dum in virile pæne robur euaserat, immerita ex hæreditationis pæna mulctatur. Timentes enim Proceres, ne maternas in ipsis prosequatur iniurias, ipsū quoq; non dispari exilio propulsant. Alijs alter visum. Aiunt enim huius matrem paruuli in partu expirasse, ipsum verò inter ipsa crepundia alterum Herculē nouercales ex-

pertum delitias, Pater enim, vt assolet, nunc
 pueri exosculans oscillum, nunc tenerum
 demulcens pectusculum, crebris anhelat sū-
 mis, tacitis scinditur suspirijs, lacrimosis
 effluit imbribus, mortuæ licet vxoris cine-
 res, viuos gestat in pectore, Vultus enim
 filij speculum est matris eius: Quod nouer-
 cæ aduertens versutia, dolos versat, instru-
 it insidias, puero necem intentat, ne pel-
 lex in se mortua in prole videatur superstes,
 ne non sua saboles Regni tandem successio-
 ne potiatur. Secreto igitur quendam secreta-
 riū lenocinatus conscribit sermunculis, spō-
 sionum circūuenit blandicijis aureis, persua-
 det donatiuis vt puerum exponat: Efficac-
 eissima enim est benevolentiarum conciliatrix
 pecunia, nec est quod non peroret: qui au-
 ro allegatiuas & ponderat & in aurat sen-
 tentias. Vir tamen tam Deo quā prudentia
 plenus, vt illum a morte redimat, in
 eius mortem verbotenus consensit: quem
 sub occisionis simulatione tollens, cuidam
 canobio committit alendum. Post modi-
 cillum verò tempusculi decedit pater, pro-
 scribitur nouerca, Regnum destituitur, pa-
 tria desolatur, seditionantur ciues, grassantur
 hostes,

hostes, Vrbes, Municipia, domesticis exura
 praesidijs, ab extraneis occupantur, dissipatione
 dissipatur terra, direptione praedatur. Caeterum
 ille fidelis non immemor depositi, quibusdam
 huius Reipub. amicissimis de puero sugges-
 rit, in quo vnicum tantae desolationis sola-
 tium, singulare tantae cladis remedium, di-
 uino ait prouisum munere, non sua seruatū
 industria. Erat autem robustorum collecta
 manus, quae vnus tantum oppidi tuta praes-
 idio contra omnium assultus hostium, iam
 non Regnum, sed exiles regni reliquias de-
 fensabat. Horum igitur studio patriae resti-
 tutus Casimirus, patriam ab hostibus eripit,
 vedicarias ab vndiq; potestates eradicat, à sin-
 gulis circūquaq; Prouincijs Principes abigit
 ab ortuos, & debitas reuocat obsequelas. Cūq;
 omnes gratulatissimi ad illius nomen con-
 currerēt, cum omnes eius adorarēt Maiestatem;
 sola Mazouiorum Prouincia nō solū illi nō
 affauet sed atrocissimè bellum infligit, quam
 quidam de sordido famulicij genere, auo ori-
 ginario, sed vir & facundus & strenuus, nomi-
 ne Mallaus Principadi ambitione occupauerat,
 decē exercitatissimorū cuspidariorū contra
 Casimirū armat exercitus, exceptis sagittarijs,

balistis bipennatibus, spatarijs, imò infinitissimis tam equitum copijs quam peditum, qui eo spe questus illecti confluerant, fortunam secuti non hominem. Quibus omnibus confectis à Casimiro, non minores virorum rursus vires instaurat, quatuor maritimorū acies, totidem Geticas, nec non Dæcorum ac Ruthenorum larga asciscens suffragia, quos nulla occisio, nulla remoratur difficultas, non vt amico moram gerant, sed vt hosticam odij rabiem, vt antiquam inuidiæ sitim cruore Polonorum expleāt. Sed quoniam à voto procul sæpè hominum vota recedunt, nec semper feriat quocunq; minabitur arcus, res illorum in contrarium ad quæ sperauerunt relabitur. Omnes enim velut leuem stupe fauillam noster ventilat vnicornis, omnes Casimirus turbine occisionis, quasi procella fulguris inuoluit. Ambitionis autem ille Princeps ad Gethas transfugit, vbi celsiore dignitatis gradu sublimatur. Gethæ namque non parua suorum cæde faucij, omnes in illum causam conferunt, omnium in eo necem viciscuntur, quem post multa demum supplicia eminentissimo affigunt patibulo dicentes t Alta petisti, alta

ita tene, ne scilicet affectatæ fastigium celsitudinis vel morienti desuerit.

COMMENTARIUS.

MORTVO magno Boleslao Anno Domini 1027. filius eius Mieszko secundus eidem in Regno succedit. Qui solum sibi & non Republicæ vacat. Tempore enim suo nationes externæ ab obedientia sua recesserunt, & desidiâ suam considerantes tributa patri suo consueta dari, soluere denegarunt, imò Castra fortissima per Boleslaum patrem suum in ciuitatibus Regni & præcipuè in Albea constructa, Præfecti eorundem sibi vendicarunt, & suis posteris ipsa possidenda reliquerunt. Iste Mieszko de sorore germana Imperatoris Ottonis tertii genuit filios videlicet Boleslaum & Casimirum. Quo scilicet Mieszko Anno Domini 1033. mortuo, Boleslaus filius eius primogenitus eidem successit, qui matri suæ multa opprobria intulit. Cuius opprobria mater sua ferre non valens, recepto filio suo Casimiro paruulo Saxoniam versus Brunsuicam ad suum patrimonium remeât, ibiq;

puerum Casimirum litteris imbuendum disponens, Monasterium Sanctimonialiū intravit. Boleslaus autem propter sævitiam, & immanitatem scelerum, quam exercuit, diademate Regio insignitus, viram malè terminavit, propter quod nec in numero Poloniæ Regum numeratur. Post cuius obitum multæ commotiones & bella, tam intranea, quàm extranea, in Poloniæ Regno sunt exorta. Cum autem Regnum Poloniæ ferè annihilatum fuisset per bella redactum, versus Saxoniam ad Reginam pro suo Casimiro Poloni iter arripiunt. A qua cum didicissent qualiter ipsum Casimirum versus Parisias studio artium liberalium destinasset, in quo studio stans, & considerans Ordinem S. Benedicti in Monasteriū Cluniacense ingressus fuit & ordinem suscepit. Ipsi festinè properantes ipsum inuenerunt iam Diaconum Ordinatam. Consilio autem Abbatibus habito, Romam venerunt & Domino Papæ Benedicto IX. obnixè supplicauerunt quatenus ipsis eorum Principem restitui mandaret, & dispensaret vt uxorem ducere possit, ne Regnum Poloniæ careret hærede. Quorum dicta Apostolicus vix cō-

patiens,

KADLVBKONIS. 153.

paciens, exaudiuit affectum, & genti Polonicae carenti Principe, Ducem Casimirum qui in Saxonia Carolus & in Monasterio Lampertus fuerat nominatus, ad tenendum Regni gubernacula exire de Monasterio concessit, sed & uxorem ducere ut possit, misericorditer dispensauit. Ratione cuius dispensationis Dux Casimirus cum gente sua Polonica pro Luminarijs S. Petri & fabrica Ecclesiae eiusdem denarium de quolibet capite se soluturos perpetuo se obligauerunt. Hic Casimirus de Monasterio Saxoni- am ad suam genitricem, & ad Duces Saxoniae auunculos suos veniens, cum ingenti gaudio est receptus, qui sibi non modicam armatam militiam associantes, ipsum in Regnum Poloniae deduxerunt. Qui multae pro- bitatis audacia viriliter assumpta, hostibus hinc inde fugatis, Regnum Poloniae possedit in pace. Duxitque uxorem filiam Romani Principis Russiae, nomine Dobroleyca, alias Mariam dictam, ex qua genuit quatuor filios, Boleslaum largum & bellicosum interfectorem Sancti Stanislai. Vladislaum primum. Mieszkonem tertium, & Odone primum. Iste Odo & Mieszko sine prole decesserunt.

decefferunt. Huic Casimiro eodem tempore licet rota gens Polonia ac Slauonica gratæ assurgens animo ipsum in suum Regē accepissent, sola sibi Masouia resistere non expauit, prout latius patet ex littera.

EPISTOLA XVI. IOANNIS Archiepiscopi Gnesnensis.

De miris Casimiri Virtutibus.

HIC Hercle verus Hercules Alcydæ virtutibus nullo fuit inferior. Nam de illo et si multa vera, plura tamen fabulosa docentur narratione. Huic vero viuaces meritorū suffragantur tituli. Inquē Noueræ ac Medæ truculentia colubrum iniecit inuidiæ, anguem ambitionis concitauit, fel draconū expuit, virus euomuit vipereum, quem tot monstrorū generibus prostituit, quod in eius regno scandala peperit, quot hostium exposuit periculis. Nam quid eo monstro putes monstruosius, quod cum natura sit mutilū, sit capite amputato non solum corniger, sed pes

sed petulans cornupeta? Quid ea tetrius
bellua, quæ cum non possit alienum, propria
cauda proprium caput excerebrat? Asperius
nihil est humili cum surgit in altum, Cum
præmit indigno libera colla pede. Vnde sci-
tis pecuniarum interuentu, Regem ex seruo
creaturis. Regina ipsorū Tomyris matros
narum primas ad se corrogat: cum quibus
suz viduitatis querulosæ defletis angustiis,
non tam suam quàm illarum sibi molestam
ait depressionem: non tam suæ deiectionis
lædi periculo, quam seruili elatione perurgeri
petit: non ut tuarum adeò miseriarū, quàm
sui, quàm liberorum, quàm suæ illas libera-
tatis misereantur. Inter quas ætatis quædam
grandæ: In te, inquit, per se lacrimosa
consilio opus est, non lacrimis, quia nec
flammis flamma extinguitur, nec mærore
mæror exuitur. Iubet ergo abiectos ancillas
rum filios purpureis adornari paludamentis,
& currum quo Reges vectari consueuerunt,
conscendere, faleratissimis alios asturconibus
assidere: Adolescentes verò ingenuos, ac
diuæ formæ virgines sordidis loramentis in-
star bouum curui connecti. Reginam quoq;
cum paruulo filio, & seipias funereis des-
formatas

formatas induunt, ad eundem currum eodem pacto applicari. Sicq; verberiuiculis ad trahendum eas pellentibus in concionem procedunt. Vbi coram Magistratu prouolutæ, eos qui ad hoc enormitatis eas impulerant non insimulat iniuriarum, sed læsæ Maiestatis iudicium petiuit. Nec verò suam, nec sacri Senatus, sed totius Reipub. hanc esse querelam, non singularem vnius læsionem, sed commune vniuersitatis incommodum, non leuem sanè, non breuem, sed mortale huius vulneris languorem, cuius autores nō seruos sed ipsos seruorum dominos arguunt & conuincunt, qui suam & suorum generositatem, non modo venalem seruis exponant, sed ipso venalitatis veneno ipsam libertatem extinguunt. Turpe viris non esse viros, seruos trabeari. Turpe teri luteo candida colla iugo. Tota igitur mouetur & cōstrepit concio, vt seruus ille iam non regno sed vltimo experatur supplicio. Reginae autem filius licet pænè infantulus Rex constituitur. Ex tunc solenne fuit apud Scytas feminas concionibus acciri, Rege quoque Mæcedonum procul agente, Inquilinus eius Ixander sordidissimi Cerdonis filius arcē occupat.

cupat, Regia se se iubet nuncupatione venerari, Cuius in fauorem, vt populus esset propensior, censuales relaxat pensiones, amputat tributa, omne exactiōnis onus ait se rege sopitum: Nec defuit illi credulæ multitudinis simplicitas. Ad eius itaque confauoraneos Rex primò cum hac mittit sententia; Ficus radice euulsæ, aureis licet funiculis si carientissimo appendantur stipiti florere possunt an non? Secundo cum hac; Sicci à fonte riuuli, bibulo licet pleni sabulo inundabunt alueis aut non? Tertio cum hac; Ad singulos oscinum hiatus pullus hians hirundinis à murilego educabitur an non? Nouissimè; Humanam sine capite mittit effigiem & ex auro & gemmis artificiosissimè expolitam, & asini caput coronatum cum hoc scripto: Hæc imago vestra generositas gemmis virtutum distincta. Caput hoc Rex vester est. Asinus enim infessor, seruus coronatus. Si ergo hæc membra huic benè conueniunt, benè vobiscum Rege vestro conueniat. Sin aliter sit aliter. His itaq; persuasæ Regem Regno conciliant qui Ipandrum in eadem arce cathenis vinctum fame extinguit, naturæ, arguens desertorem naturalibus non

bus non indigere adminiculis: Cui lapidē pro cibo injiciens minister aiebat: Ne pete quos natura vetat transcendere fines. Item cinerem pro potu spargens, Ne pete quod iusto pendere non trutines. Naturam transcendisti, nullum tibi cum natura commercium.

COMMENTARIUS.

CASIMIRVS Herculi Alcydæ dicto comparatur. Qui Hercules, quamvis virtutibus mitis claruit, Casimirus tamen in eo dictis virtutibus inferior nō extitit. Ideò. Quia Herculis virtutes fabulose prædicantur, Casimirus verò recentibus Historijs in rei veritate virtutibus insignitus clarus declaratur.

Massaus item reprehenditur. Qui motus invidia, inflatus superbia, iracundia concitatus, rabie repletus Casimiro Regi ac domino proprio se opposuit, ac secum bella gerere præsumpsit. Unde ipse tanquam bestia pessima, non potens amputare caput alienum, gestiebat amputare caput proprium, abigendo à Regno Casimirum.

Reprehenduntur quoq; Mazouitani exemplo

templo Scytharum ac Macedonum, qui
 spreto Rege proprio, nobili & illustri sibi
 Massaum ignobilem & plebeium in Regem
 assumpserunt, quibus quid accidit & Massa-
 o, & Scythis & Macedonibus ab ipso-
 rum Regibus vendicatis latius
 ponunt in litera.

EPISTOLA XVII. MATHÆI Episcopi Cracouiensis,

De successibus & dominijs Boleslai
 primogeniti Casimiri.

NEC verò minus inaudita, post obi-
 tum Casimiri seruatorum pestis ebulit,
 quam ne narrationis ordo à veri discrepet
 ordine, non indebito loco attingemus. Igitur
 Casimiro filius eius Boleslaus succedit:
 cui largitatis cognomen antonomastica priui-
 legiatum est excellentia. Qui sine largitate,
 nullã estimabat hominis liberalitatem, aut e-
 gere non posse, nisi cum dandi non suppe-
 rit occasio, Sic inquebat largitas petitionis
 bus & velocior & tardior, velocior ne sit pe-
 titionum

tionum tarda præstolatrix, prius em̄ dari
 conuenit quàm peti, Ne cuiuscunque peti-
 sione nostra nobis exprobreretur tenacitas &
 ne gratiæ beneficium sine gratia impenda-
 tur. Nec enim gratis obtinuit quod quis
 precario impetrauit : tardior esse debet, ne
 celerius euolet, serius euanescat largitio. Quia
 ideo celeritas illi non congruit, ut lentissimas
 etiam petitiones effugiat, imò nunc illas oc-
 cupat, nunc ab illo gaudeat occupari. Hic
 dum die quadam vectigales iubet dispensare
 thesauros, præstantissima quæque munificē-
 tissimè dispargit. Quidam nunc exilem suæ
 tenuitatē fortunæ, nunc Regiæ splendorē
 opulentia commetiens, gembundus infre-
 mit suspirijs tacitis, murmurat labellulis. So-
 la beans alios soli mihi gratia solis alget, lu-
 cente sole solus tenebras patior, solus ego sub
 sole tuo solatia vera demerui solùm deme-
 ruisse pudet. Rex proinde causa suspiriorum
 intellecta, sinuosissimæ amictum chlamydis
 suæ detrahit, qua illius humeris deferēs. Tolle,
 inquit, auri, quantum libet tuisq; viribus me-
 talli quantitatem compensa, maluimus enim
 te tuam inualetudinem causari, quam no-
 stræ liberalitatis videri angustias. Tunc il-
 le sinum

se sinum vestis tergentissimæ insarcinans psal-
 lebat: Nemo stupet si stipa perit lenitate fa-
 villæ, semina non pereunt tua quæ merit iste,
 vel ille; femine dapsilitas largo p'uit, aurea
 famæ falx in messe sonat, plus das m'hi, plus
 meris à me. Non locus hic loculis, non
 venter hidropicus arca. Te premit, imò
 niter tua copia cordis in arce. Omnia largé
 tuo fauus imbuet ora sapore. Nec sine me
 laus tanta meo morietur in ore. Hæc dùm
 sur oblitus canit, dùm autem pondus attolere
 conatur, pondere oppressus expirat.

COMMENTARIVS

HIC Boleslaus largus, in dando bene-
 ficia modum tenuit, nec non festinus,
 nec tardus in dando fuit. Non tardus, quia
 prius inquit commendari quàm peti. Ideò
 ne præuentio petitionis fiat in dante signū
 tenacitatis seu parcitatis. Hic idem Bolesla-
 us largus citus fuit in dando munere, ne
 munus ingrati à recuperante retineatur.
 Cuius liberalitatis habes exemplum in lite-
 ra de quodam paupere.

CIRCA LITERAM NOrandum.

L

Triā

Tria sunt, in quibus Rex debet alios excēdere: scilicet Potentia, virtute, & Beniuentia. Debet enim Rex esse potens virtuosus & beneficus. Si enim Rex cupit, vt ametur à populo debet esse beneficus: populus enim non percipit nisi bona sensibilia, Videns ergo Regem beneficum & liberalem nimis mouetur in ipsius amorem. Reges enim liberales maxime sunt amabiles. Boleslaus igitur vult se amabilem reddere his qui in Regno suo fuere, liberalitati insistebat, & suis subditis maxima dona cōdonabat.

EPISTOLA XVIII. IOAN- nis Archiepiscopi Gnesnensis.

In qua inuehit contra vitium
auaritiæ.

Nescio quem blandus flos rerum spirat
odorem. Si possis rectè, si non quo-
cunque modo rem. Ab insano autem non
distat, qui pecuniam vitæ præfert, non
vitam pecuniæ. Quod recordiæ genus quen-
dam adeò deuinxerat, vt dum ambiguus in
mari

mari iactatur fluctibus, dum alij metu nau-
 fragij preciosissima etiam suppellectile na-
 uem exonerant, se suis alligatum sarcinis in
 præcepſ. mitti iubet, potioſem aſtruens in
 morte opulentiam, quam in vita egeſtatem.
 Nec verò abſimilis opum incubus habendū
 auidiſſimus apud Regem Arabum erat, in
 quem innumeras opum facultates Regis mu-
 nificencia congeſſit, Echnam tamen cupiditatis
 non extinxit. Nam hic theſaurariam
 productus in penum, dum inæſtimabiles ſibi
 gemmas conſpiceret, velut improuiſo traſſa
 ctus fulmine totus dirigit, morboſq; credi-
 tus languere repentino efferre iubetur, Cuius
 in gemmis omnis erat gemitus habendi gē-
 mas. Cauſa denique doloris comperta gema-
 marum exquisitiſſimas Rex illi offert, quas
 ne cui præter ipſum aſſidere liceat, gluri-
 re nititur, & meatu Spiritus præcluſo ſuf-
 focatur. Non ſic ille, non ſic, qui vt eu-
 rarum nutrices ſemel amputaret ſuas opes in
 vnam maſſam conſtat, in profluentem præ-
 cipitat, Peſſimæ, inquiens, ite peſſimæ di-
 uitiar, perdam vos ne perdar à vobis. Mi-
 nor enim eſt rerum quando corporis iactu-
 ra, Damna mouent rerum plus lædunt
 L 3 damna

damna dierum. Quisque potest rebus sue
currere, nemo diebus.

COMMENTARIUS.

VITIVM avaritiæ est præcipuè in illis,
qui pecuniam plus quam vitam propriam
diligunt. Qui certè à fatuis non differunt,
Quia ordinem dilectionis transponunt, eò
quod minus magis bono anteponunt. Ideo
quia secundum Philosophum in Regiminis
speculo parte 9. præcepto 18. dicitur avari-
tia est bonæ famæ denigratiua, proprii
subiecti destructiua, & multi ti-
moris causatiua.

EPISTOLA XIX. MATHÆI Episcopi Cracouiensis.

De gloriosis laudibus Iargi Boleslai.

ADEO perfunctoria Boleslai visa est
Opum gloria, ut nihil in eis iucundum
putaret præter dandi facultatem. Quarum
potissimam ait custodiam, saccum pertru-
sum,

sum, omniq; omnino indignum principatu, qui se rerum sacciparium esse malit, quam Principem. Unde Russiæ partibus, imperiose peragratis opibus illorum capi dedignatur, solo victoriæ triumpho contentus, donec aitorum limites signorum in valuis Kijouiensibus reformaret, ab omnium sopita rebellionē, quendam sui suffraganeum Imperij, Regem instituit. Qui ut coram suis appareret gloriosior, Regi supplicat Boleslao. Ut cum sui dignatione occursum amplectatur, auri talenta secundum numerum passuum accepturus. Indignatur à se peti Boleslaus, quod Regiæ celsitudini non competat: absurdumquē videri Maiestatem ad quæstus inclinari. Absurdus esse gratiam venalitate censerit. Precibus tamē victus nec precio factum ita spondet, gratiæ argumentum venienti exhibet. Quare putas Regis barbam venientis apprehendit, quam diuullicans creberrimē concutit. Hoc, inquit, est tremendum caput, quod vos contremiscere conuenit. Item itemq; vehementius concutiens ait: Hic vir, hic est nostro quē nos dignamur honore. Aspicias quantum gratiæ in Boleslai conspectu auri gratia meruit.

suit. Vngariam hinc adire parat, qui primos illi aditus armis obstruere contendunt, sed corpora illorum plus impedimento fuere ingressuris quam arma. Nam cruentus ianitor ensis ianuas, introitus & aperiendo clausit, & claudendo aperuit. Trunci nobiles cadauerum gladio prostrati, etiam vias fecere inuias, ut non sine difficultate transmeandi pateret facultas. Videns autem Rex Vngariae Salomon, tam sibi quam suis praelii imminere discrimen, praelium deprecatur, pacis offert conciliamina, centum millia talentorum. Cui Boleslaus. Polonos, inquit, aurum habere non delectat, sed habentibus aurum imperare. Turpiusque esse precio vinci, quam praelio succumbere: nec Regibus conuenire institoria taxare comertia, quibus armis opus est non opibus. Victus itaque Salomon, tam bello quam regno excessit. Cuius in locum alumnus Poloniae Vladislaus nomine Boleslai sufficitur. Accidit interea instructissimas Austrensiū & Bohemorum acies in campestribus Poloniae castra metari. Quos Rex impiger à tergo praecipitans, omnem redeundi adimit facultatem. Cumque in cautos occupare potuisset, Absit,

Abfit, ait, ne nostræ titulus victoriæ. quodam insidiarum latrocinio fumescat. Sese præsto nunciat: non impruidos esse iubet, crastino secum cominus conflicturos. At verò ille Bohemicus Leo mox à Leonis feritate desistens, vulpina induitur astutia: Indignum est, inquit, ut tanti Regis ad tam exiguos inclinetur indignatio, quin potius in suorum tranquillitate castrorum, crastinum à Bohemicis præstolari non dedignetur obsequium. Noctis ergo clypeo protecti fugam ineunt pro prælio. Quos trans Moraviæ fines insectatus, Aper dente consequitur fulmineo, non ætati parens; non generi, non conditioni, omnes aut morti mancipat aut vinculis. Rursus Pomeranis è confinio Poloniæ prædam ac manubias agentibus, præceps aduolat Boleslaus: prædones spaciosi fluminis interiectu iam securos conspicatur, & rapidissimo inhæsit tanter insiliens torrenti, Amor, inquit, catulorum, feras venabulis impingit. Exclamant singuli: Occupet extremum scabies, mihi turpe relinqui. Multi ergo armorum pressu mole fluctibus inuoluuntur, perpauci vix enarrant, & licet inermes de armata hostium

L 4

multi-

multitudine triumphante : Fuit autem hic belligerendi tam studiosus, ut rarus in aula, continuus in castris, rarus in patria, semper apud hostes degeret. Quæ res Reipub: quantum commodi attulit, tantum ingessit discriminis, quantum in se honesti habuit exercitaminis, tantum infide peperit insolentiae Rege si quidem perdiutissime nunc Ruthe nicis, nunc verò penè trans. Parthanis immorante regionibus, vxores ac filias dominorum serui ad sua vota inflectunt, quasdam expectatione maritorum fessas, alteras desperatione deceptas, vi nonnullas ad seruiles amplexus proractas, dominicos occupant lares, firmant municipia. Dominos non solum arcere reuersuros, sed & reuersis bellum infligunt, quos pro singulari temeritate singularibus Domini perdidere supplicijs vix expugnatos. Sed & sœminæ, quæ vtrò seruis consenserant pœnas iussæ sunt pendere non immeritas, atrocissimum & vnicum ausæ facinus nulli prorsus flagitio conferendum.

COMMENTARIUS.

Anteced

ANTEcedens Epistola in quinque diu-
 ditur partes. In primis quatuor partibus
 describit triumphos ex Ruthenis, Vngaris,
 Bohemis, Morauis, Australibus, Theuro-
 nicis obtentos. In quinta parte narratactus
 bellicosos Boleslai, qui quantum Reipubi-
 Regni Poloniæ fuerunt profuturi, ex parte
 vna: tantum attulerunt. Incommodi &
 damni, parte ex altera: Vxores enim Domi-
 norum in expeditionibus cum Rege existen-
 tum viros sibi alios duxerunt, cum quibus
 & Dominica possederunt quos postmodum
 hæredes cū magnis periculis à bonis hære-
 ditarijs ac suis vxoribus repulerūt. Pro quo
 est notandum. Post decessum Casimiri Mo-
 nachi, Boleslaus largus seu bellicosus vel
 Afferus filius eius Senior & primogenitus
 Anno Domini 1038. eidem in Regno suc-
 cessit. Hic fuit liberalissimus, nullam homi-
 nis reputans maiorem virtutem, quam liber-
 alitatis excellentiam. Dyademate verò regio
 insignitus, cepit cogitare qualiter Magni
 Boleslai sui proavi strenuitatem posset indu-
 ere, & terminos Poloniæ quos præfatus
 Magnus Boleslaus statuerat recuperare, quæ
 Successores Reges Poloniæ vsque ad sua
 L S tempora

tempora amiserant : sic, quod terras Russiæ potenter ingressus, ad Castrum Kiiow multis prælijs cum Principibus Russiæ commissis, omnibusq; ex ipsis prostratis vsque peruenit ! Quibus Principibus sic superatis, ad alios fines Russiæ se transtulit. Ibi plures annos vixit castra & municipia Ruthenorum fortiter expugnando, totiusque Russiæ partibus peragratis, ac omnibus rebellionibus sopitis, & Rege prælio oceso, quendam ex nobilibus suis qui Russiæ præset Principibus nomine suo constituit. Post hoc Vngariam adiit, volens metas Regni Poloniæ in Dannubio ac Cissaua nec non Moraua fluuijs rehabere. Cui Rex Salomon Vngariæ cum suo exercitu in montanis Russiæ ac Vngariæ occurrit, ad suum Regnum volens prohibere ingressum : sed plurimis de suo exercitu primo progressu prostratis, ad Castra profugit se in ipsis concludendo, pacem precatur, centum millia talentorum auri offerrens Boleslao, vt ab impugnatione sui desisteret. Cui Rex Boleslaus respondit, Polonos aurum habere non delectat, sed habentibus aurum imperare. Turpius enim, ait, vinci præcio, quam prælio. Victum itaq;

Itaq; se Rex Salomon cognoscens, tam bello quam parte sui Regni inter fluuios praedictos consistente cesit, felicem se reputans in alia parte Regni ultra Dannubium posse manere. Interea vero Leo Rex Bohemorum cum Morauis & Australibus fines Poloniae inuadens, ipsos crudeliter deuastabat. Quod Rex Boleslaus intelligens, ad ipsum festino cursu properat, quem licet inopinatè à tergo potuisset inuadere, noluit tamen dicens: Absit, ne titulus nostrae victoriae quodam latrocinio insidiarum infametur: Indicauit igitur Leoni ut se promptificaret, & bellum cum Boleslao campestre committeret. Leo vero tanquam vulpes dolosa, Boleslao Regi intimat, indignum se asserens cum tam paucis tam magnifico Rei vellè resistere, Sed obnixè petit ut sua obsequia cum tributis accipere dignaretur. Sed hæc intimans fugam nocte iniuit, nusquam in loco Regem Boleslaum praestolari praesumpsit. Quem Rex Boleslaus studiose per fines Morauiae insequitur, & in secutum nulli parcens, omnes aut morte trucidat, aut vinculis constrinxit. Tempore autem quo in terris Bohemorum, Morauorum, & Australium Rex.

Bole-

Boleslaus deuastando moraretur, Prutheni & alia gentes paganicæ de reditu Boleslai dubitantes, Pomeraniam hostiliter inuadunt. Quod cum ad notitiam Boleslao peruenisset, Bohemorum ac præmissorum terrarum impugnatione dimissa, ad propria conuolat, & hostes in Pomerania reperiens inuasit, quos fugientes per quondam fluuium grandem insequitur ibique non pauci de suis non ab hostibus, sed armorum pondere pressi in profundum demerguntur. Et sic tunc fugati sunt hostes. Sed quia 7us annus ab exitu illorum ad prælia, iam finem dabat, in quibus septem annis tam Boleslaus quam Proceres sui uxores & pueros non viderant. Interea uxores & filias ipsorum serui, ad sua vota flectunt, municipia muniunt, & domos occupant dominorum. Comperta igitur fama tantæ perditionis & nefarii sceleris nobiles, qui cum Rege in expeditionibus fuerant, zelo nimio excitati, etiam Rege prohibente, ad propria sunt reuersi, seruosque de suis domicilijs tandem cum magno labore repulerunt quibus expugnatis pro demeritis supplicia addiderunt. Uxores autem suas velut præuaricantes & adulteras panis diuersis crudeliter extinxerunt.

EPISTO

KADLVBKONIS. 173.
EPISTOLA XX. IOANNIS
Archiepiscopi Gnesnensis.

In qua inuehit contra incontinentiam dominarum Regni Poloniae.

SCythæ quindecim annis in Asia morati vix vxorum flagitatione reuocantur, nuntiantibus, ni redeant sobolem à finitimis quæsituras, sicut quondã fecerunt Amalones, itẽ trina expeditione in Asiam, cum annis octo à cõiugibus abfuissent seruili bello, domini propulsantur. Nam coniuges eorum longa ex præstolatione fessæ seruis pecorarijs nubunt. Qui reuersis post victoriam Dominos quasi alienos prohibent. Sed supplicia crucibus luunt. Mulieres quoq; malè sibi consciæ, quædam ferro, quædam suspendio vitam finiunt, vt has vel illos nec pæna dissimiles nec dispare fecerit sceleris immanitas, quos Machia necat, facinus quos inquinat æquat & quosdam verò tantæ animositatis intueor vt non minus turpẽ putauerint viros constantia destitui, quam fæminas pudicitiaẽ pari dispẽdia. Vnde Spartani cum in obsidione hostium

stium annis decem damna paterantur & fecunditatem vxorum viris absentibus nullā esse, iuuenes, remittunt, eisq; omnium familiarum permittunt promiscuos concubitus, ne Respublica præsidiij successione orbaretur ex his nati Parthani vocantur. Tanti apud istos odiū hostium, tanti amor patriæ, rāti fuit iurisiurādi religio. Execratione nāq; se se obstrinxerant, nolle reuerti, donec urbem hostium expugnassent. Sic pietas istorum & turpis, & irreligiosa fuit religio, quia nihil temerius nihil sordidius quā iura matrimonij modo nō coli, sed cōfundi, hæc speciē pietas impietatis habet: igitur & virtus hic quædam fuit & macula nō defuit virtutis.

COMMENTARIUS.

CIRCA literam notandum. Bonum est consuetudines patriæ reseruare, quia per hoc multa mala possunt euitari. Si enim Amazones opera Virorū exercere non dimississent ex consuetudine, nunquam domi manentes vitia adulterij incurrissent, quæ tamen meruerunt, quia pecoraneos in viros adoptauerunt. Vnde secundum Isidorum 8. Ethic. Tria sunt genera consuetudinum bellum gerendi

tendi, scilicet Scytharum, vbi fæminæ & viri in pugnam simul transeunt, Amazonū, vbi solæ fæminæ pugnant. Vnde sic refert Guido in Historia Troiana. Mozoniam est regio Orientalis in qua solæ fæminæ degunt. In capite autem huius regionis est Insula, in qua viri morantur & singulis annis fæminæ in Martio ad viros descendunt, cum quibus tribus Mensibus commorantur, sic quod plures ex eis impregnantur, & domum ad tecta sua reuertuntur. Et dum nascitur masculus inter eos per triennium educatur & postea ad viros transmittitur, fæmella autem inter eas conseruatur. Hæ autem fæminæ non nisi bellicis artibus in sudando se exercent. Quarum Regina nomine Penthesilea cum decem millibus virginum in subsidium Regi Priamo dicitur aduenisse. Tertius modus bellandi est Romanorum aliarūque gentium, vt pote & Polonorum consuetudo est, quod ibi soli mares pugnant eorumque vxores bonæ & honestæ ipsos cum magnis lamentis in domibus degentes expectant. Aliæ in lectis non iacent, aliæ carnes non manducant, variè secundum varios modos fidelitatē obseruantes se castigant.

EPISTO.

HISTORIA
 EPISTOLA XXI. MATHÆI
 Episcopi Cracouiensis,

In qua describit multiplicem Boleslai truculentiam.

EX tunc in oleastrum olea, & fauus versus est in absinthium. Intermissa namque studio virtutum Boleslaus, in suos bellum ab hostibus transtulit. Fingit illos non iniurias in plebe ulcisci, sed regiam in rege pro equi maiestatem. Nam plebe remota Rex quid erit? Ait non placere sibi viros vxorios, quibus plus causa placeat fœminea quàm Principis obsequela. Queritur se non tam apud hostes desertam, quàm vltro hostibus expositam. Proinde præcipuos capitis accersit, & quos apertè non potest, insidijs aggreditur. Mulieres quoq; quibus mariti pepercerant, tanta sectatus est immanitate vt ad earum vbera catulos applicare non horruit, infantulis abiectis, quibus etiam hostis pepercisset. Astruebat enim extirpari oportere scortorum scandala, nō foueri. Quem sacerrimus Cracouiensium Pontifex Srantflaus ab hac truculentia cum reuocare non posset prius illi regni

regni comminatur excidium, tandem anathematis gladium intentat. At ille ut erat in Arcum versus prauum immaniore induitur vesania, quia lignorum tortuosa facilius frangi possunt quam dirigi. Itaque propè aram, inter infulas, non ordinis, non loci, non temporis inspecta reuerentia, corripitur Antistitem. Ad quæ satellites atrocissimi, quousiens irruere intentant, totiens prostrati mansuescunt, quos Tyrannus indignatissimè obiurgans, ipse manus iniicit sacrilegas. Ipse sponsum è gremio sponsæ, pastorem ab ouili abstrahit. Ipse patrem inter filia, amplexus, & filium in maternis pænè visceribus obruncat. O luctuosum, ô transfunebre funeris spectaculum! Sanctum profanus, pium sceleratus, Præsulem sacrilegus, cruentissimus innoxium membratim discerpit, singulos artus perminutissimè disseccans, quasi à singulis membrorum partibus pænna exigi debuisset. Totus autem stupore, totus quadam horripilatione dirigui, ut vix mente concipere nedum lingua, nedum calamo possim exprimere, hoc in sancto Saluatoris magna-lia. Succumbit enim dicentis intellectus, intellectui sermo, & rem ut est, verba non

M

explicant.

explicant. E quatuor namq; mundi partibus
 quatuor aduolare visæ sunt aquilæ, quæ su-
 blimiùs locum passionis circinando, vultus
 res aliasq; sanguiperes alites à contactu Mar-
 tyris abegerunt. Cuius in custodellæ reue-
 rentia peruigiles diem nocti & noctem diem
 continuant. Noctem appellem an diem ?
 Diem potius dixerim quam noctem. Hæc
 enim altera nox est, de qua scriptum est:
 Et nox vt dies illuminabitur. Miræ siquidẽ
 rutilantiæ tot in singulis locis diuæ fulsere
 lampades, quod sacri corporis dispersa sunt
 minuta. Vt ipsum cœlum ornatum, suam
 terræ gloriam videatur inuidisse, quoniam
 quorundam decore syderum, & quibusdam
 putares solis radijs distinctam. Hac vero
 miraculi alacritate animati, ac zelo deuotio-
 nis quidam patrum accensi, sparsas mem-
 brorum minutitias colligere gestiunt, pede-
 tentim accedunt, corpus integerrimum etiam
 sine cicatricum notamine reperiunt, tollunt,
 asportant, apud minorem S. Michaelis ba-
 silicam diuis conditum aromatibus recon-
 dunt. Vnde vsq; ad translationis diem, cu-
 ius causam ipse non ignoras, iugis dictarum
 splendor lampadum non desit. Quo facto
 truculentissimus ille exterritus, non minus pa-
 triæ

triae quam patribus inuisus, in Vngariam se-
 cedit. Quem non malitiae conscientia facit
 humilem, sed sceleris audacia reddit contu-
 macem. Rege namq; Vngariae Wladislao, cu-
 sus nuperrime praememineram, deuotam illi
 exhibente reuerentiam imò pedestri veneratio-
 ne occurrente, Boleslaus tanto super se fastu
 rapitur, vt digno illum osculo dignari con-
 tempserit. Iste, inquit, nostrarum opus est
 manuum: non autem competit opifici, vt
 suam colat aut veneretur creaturam: nec de-
 cet vt vir fortis vel exulatu miserior vel ca-
 su videatur deiectionior. Qui licet aegrè disti-
 mulat, tamen Wladislaus ne fortunae dicatur
 fuisse socius non amicus, vereri se ait, ne sibi
 quis minus verè impropere, quod quidam
 verba tractant amicitiae non opera, quot oc-
 casiones quaerit, qui vult discedere ab amico.
 Per impium enim est eum in aduersis obiura-
 gari, quem in prosperitate colueris, quia pro-
 speritas amicos comparat, necessitas exami-
 nat. Itaq; arrogantiae supercilium, non solū
 patienter tolerat, sed perbenignè amplectitur,
 officiosissimè excipit, omni studet illi placere
 obsequela: omnem siquidem sacrilegū suspi-
 cionem, ille astutissimus a se ad se remoue-

rat, vt non modo non sacrilegus; sed facerimus Sacrilegorum vltor apud nonnullos censeretur. Nam quod mulieres ingenuæ seruili prostitutz sunt incestui, quod coniugalis tam spurcè inquinata est religio, quod factio seruorum in Dominos conspirata, quod tot capita supplicij exposita, quod Regis deniq; coniuratum est excidium, in sanctum refudit Antistitem. Afferuit illū prodicionis originē, totius mali radicem. Hæc ait omnia ex illa exit ali vena manasse, & flagitiosissimus in vtroque. Qui cuius vitam sustulit, cum auferre nō possit famam, contendit incrustare, & quem rebus nō potest, verbis prosequitur. Pontificem illum non Pontificem, pastorem vocat non pastorem. Præsulem à præssura, nō præulem. Episcopum ab opibus, non Episcopum: ex speculatore non speculatorem fuisse. Et quod pudor dici erubescit, ex rerum scrutatore renum scortatorem. Ideoq; illum aliorum libidini fræna laxasse, quia socijs eiusdem criminis deest accusator. Quid plura & omnem eius disciplinam, omnium fuisse disciplinam. Quid ergo, inquit, admissū, si Regni dedecus, si patriæ prodigium, si religionis submotum est scandalum, si publicū Reipub.

Reipub. extinctum est incendium. His licet
 figmentis apud ignaros aliquantisper deroga-
 tum sit Martyri, non tamen sanctitatis ab-
 rogari potuit autoritas. Sub nube namq; sol
 plerunq; delitescit, nube nunquam extingui-
 tur. Non multo vero inaudito correptus
 languore Boleslaus, mortem sibi consciuit.
 Sed & vnicus filius eius Mieszko in primo
 pubertatis flore veneno emarcuit. Sic tota Bo-
 lessai domus Sancto pœnas Strô exoluit.
 Quia sicut nullum bonum irremunera-
 tum, sic nullum malum impunitû.

COMMENTARIUS.

NOTANDAE sex partes Epistolæ
 describentis multiplicem truculentiam
 Bolessai, quam primo exercuit in Nobiles
 Regni Poloniae, qui eo derelicto in expediti-
 one propter scandala vxorum ad propria re-
 dierunt. Secundo describit truculentiam, quã
 exercuit in fœminas quæ superuixerant per
 suorum indulgentiam maritorum. Tertio
 describit truculentiam ipsius quam fecit in S.
 Stanislauum Episcopum Cracouiensem. Quar-
 to describit ineffabilia Dei mirabilia quæ

circa corpus S. Stanislai occisi acciderant. Quinto describit exulatum & fugam Boleslai Superbiamq; ipsius quam Wladislao Regi Ungariæ ostendit in eo quod reuerenter ipsum excipere renuit. Sexto Excusationes Boleslai describit. Ultimo ostendit, quomodo Boleslaus propter tam nefandum scelus excusabilis esse diu non potuit.

EPISTOLA XXII. IOANNIS Archiepiscopi Gnesnensis,

De Boleslai virtutum exordio, intermissione & extinctione.

PRUDENTIS est rerum exitus metiri, quia cuius finis bonus est ipsum quoque bonum. Nihil enim prodest in pampinos geminare furculum, nisi prosit botros palmitis maturitate, decerpi. Hic siquidem homo ab initio præciosum iecisse visus est virtutis fundamentum: sed terra sabulosa dehiscente, opus omne quod in abyssum corruiat; illud in auras euauit. Nam quod strenuitatis in illo fuit, profundo flagitiorum inuoluitur, quod

tur, quod liberalitatis erat, vento ambitionis
 exflatur. Ambitiosos enim liberales esse o-
 portere. Cumq; sapiens in principio sermo-
 nis accusator sit sui ipsius, cum bonarum sit
 mentium ibi culpam agnoscere vbi culpa nō
 est. In isto abyssus abyssum inuocat, in ve-
 ce catharactarum suarum, qui cor suum de-
 clinauit in verba malitiæ ad excusandas ex-
 cusationes in peccatis. Iustū enim est, vt qui
 in sordibus est sordeat adhuc. Sed vtinam
 à Saule saltem didicisset, ad cyrare sonum cu-
 rare vulnera cordis tui. Vtinam corde dulce-
 dinem cordis, quam auriculis attentius at-
 tigisset. Beati quorum remissæ sunt iniquita-
 tes, Et iterum dixi, Confitebor, & tu re-
 misisti, Dic em̄ homo iniquitates, vt iustifi-
 cetis, vis abolere nefas, aperi scelus, indi-
 ca culpam, Exiit culpam lacrimosa professio
 culpæ. Culpa sepulta reum prodit, rea pro-
 dita soluit. Clausa cutis virus nutrit,
 aperta fugat.

COMMENTARIVS.

NOTANDVM Deus qui non vult
 mortem peccatoris, est peccatori mise-
 ricors

M 4.

ricors in eo, quia non statim ut peccat, peccatorem interimit, sed ipsum expedit, ut se cognoscat, & pœnitentiam agat: Sic Boleslaus Deus fecit non enim ipsum statim puniuit, ut S. Stanislaũ interemit, sed sibi vitam procraftinavit. Ipsoq; Vngariam veniente, beneficia sibi exhibuit, quia Wladislaus Rex ipsũ benignissimè excepit. Ipse se tamen cognoscere noluit, pœnitentiamq; agere minimè curavit: & ideò in malitia manens, factus amens seipsum interemit. Quanquam etiam nonnulli astruant, quod Boleslaus pœnitentiam fertur egisse. De consilio enim Wladislai Regis Vngariæ Papã adiit, cui nefas suũ exposuit. A quo suscepta pœnitentia. Monasteriũ quoddã in finibus Vngariæ versus Austriam & Carinthiam subiit: & completa pœnitentia in domino obdormiuit. In cuius sepulchro est Epithaphium hoc modo: Hic iacet Boleslaus Rex Poloniæ occisor S. Stanislai Episcopi Cracouiensis, Apud nos tamen talia non famantur nec diuulgantur populo, ne facilitas veniæ faceret incertium delinquenti.



EPISTO

EPISTOLA XXIII. MATHÆI
Episcopi Cracouiensis,

De pij & primi Wladislai successibus,
ac ipsius illustribus & virtuo-
sis actibus.

PROXIME autem regnauit frater Bo-
lesslai minor Casimrides Wladislaus, nō
minus strenuitate militiæ illustris, quam re-
ligionis deuotione insignis, Cui de humana
nihil æstimatum est felicitate defuisse. Hoc
excepto, Quod vxore sterili diu sollicitum
prolis legitimæ anxabat carentia. Qua ex re
mæstissimus cum ab homine consolari non
posset, diuino tandem releuatur solatio, quasi
enim cælesti eruditus oraculo, Francone An-
tistitæ suggerente, auream instituit effigiem
quam cum Regiæ celsitudinis donatiuo be-
ato Egidio in Prouinciam delegauit, pro-
positum delegantis hac exponente Epistola.
Patrum Reuerendissimis Cœnobij.
Wladislaus Dei gratia Rex Poloniae & con-
iunx regina Iudith filialis reuerentiæ deuoti-

M S

onem.

onem. Et si vlla possit esse, perfecta esse non potuit humana felicitas. Nemo enim tam felix est, qui non cum aliqua suæ felicitatis parte rixetur. Et nos quidem de nostri generositate sanguinis, de corporis aut animi elegantia, de dignitatis sollicitudine, de samæ gloria, & de omnimoda copia omnium gloriari non oportet. Non expedit enim, sed illud nos humile lachrimari conuenit, quod inter florentissimos rerum successus, quidam notabilis mæroris stimulus, datus est nobis, qui nos colaphisat, sobolis infæcunda sterilitas, quæ non solum paternum tollit solatium, sed & graue quoddam ingerit orbitatis obprobrium. Proinde coram vobis patres Sanctissimi nostra prosternitur deuotio, vt hoc sterilitatis infortunium vestrorum meritorum tollat interuentus, Non enim est impossibile apud Deum vllum verbum. Tanta vtriusq; Regum coniugum deuotione intellecta, facerille Conuentus triduanum orationibus continuat ieiunium, cum hac Psalmodia, ac primum constantiore vigilantia. Spes vtriusq; spei & fauus & sapor esuriei, Crescit sæpe tuo nectare nostra litis. Nux nuce nostra caret, Cedrus virentior aret, Flos
 alit

alie examen, flos sine flore tamen, Animæ
 cur hæres, tribulis datus est rubus hæres. Cor
 na parit cornus, cur sine stipite sumus! Ani-
 mæ ne soboles, ne desit mascula proles, Vos
 ta precesq; notes animæ namq; potes. Nec-
 dum verò Cænobitarum expleta fuit oratio,
 cum Regina de conceptu iocundatur, non-
 dum Legati redeunt & Reginae fecunditas
 prædicatur. Oritur namq; tydus rutilanti-
 simum, aurea exculpitur columna, Tertius
 nascitur Boleflaus, cuius ex partu languore
 suscepto, mater satis est intercepta, fuitq; gau-
 dium mærore temperatum & mæror gau-
 dio dulcoratus. In quo pater didicisse po-
 tuit, coniunx esse maluerit an pater. Sed ne
 diu molesta illi esset iugalis viduitas, Regis
 Vngariæ Salomonis relicte Tertij Henrici
 Imperatoris sorori coniugatur, de qua tres
 tantum suscepit filias. Et licet iam grandæ-
 uis corpore noluit tamen ignauia torpere.
 Sed tamen hostium vndiq; rebellionibus mi-
 litarem crebrius exercitabat industriam. Et
 cum pleriq; consulerent parcendum esse ætati.
 Respondebat animus mihi de senectute con-
 trouersiam facit, hunc ait florem esse suum.
 Nam cum decrementa sentiam in corpore, in
 animo

animo non sentio. Aurum antiquitate probari, virtutes senio augeri non minus omnia unquam rerum exercitamina virtutis esse non ætatis. Robusta igitur manu maritimas occupat Prouincias quibus et rebellandi amputaret facultatem tutissima illorum municipia concremari iubet. Præfectis ibi propriis constitutis. Sed quia ceruix indomita, dorsum perulans, iugum detractat, onus non sustinet, omnes Polonorum Præfectos Pomerani hos excutiant illos interimunt, Quæ ex re animosior Wiadisslaus seueriore dignos animaduersione reuult. Quorum populosiores sinus depopulatus, cum infinitis captiuorum milibus, cum præstantissima eorum suppellectili reuertitur. Cumque iam pæne in portu securitatis victores sibi blandiuntur improuisè Pomeranorum profiliunt insidiæ, inicit prælium luctuoso utrinque dispendio, cædes hora diei tertia initiatur, vix noctis dirimitur caligine, Poloni tamen hostium dilapsis reliquijs campum victoriæ obtinuerunt, quos illic diutius immorari vetuit, Dominicæ resurrectionis religio, licet quadragesimalium tempus feriarum minus religiose coluerunt, Unde aliquantisper Poloni felicibus caruere successibus

successibus, ut etiam minima contra ipsos vi-
 sa sunt dimicare. Cum enim urbem Na-
 kiel obsidione cinxissent, quædam delusiones
 phantasticæ nocturnæ, quædam umbræ uni-
 versos adeo territabant exercitus, ut hosti-
 um agitari crederentur assaultibus. Ideo à ca-
 stris armati eminus excubantes umbras ho-
 stium insectantur sæpè non hostes. itus ina-
 nes ventis incutiunt stridentibus. Sic in cas-
 sum labor impensus est & impensa. Quod
 factum non hebetes tantum animos hostium
 exacuit, sed domesticos in Wjadislaum
 erexit carduos, & femoris eius enses in ipsū
 exercuit. Erat enim illi naturalis quidam sed
 illegitimus filius: nam ex scorto susceptus,
 qui ob materni notam pudoris, vel ut nouer-
 cales declinaret insidias in latebris exilij per-
 diutissimè delituit. Qua ex causa Zhigneus
 est nuncupatus. Hic Achithophel consilio
 Ducis videlicet Bohemiæ Vencellai in patera
 num subordinatur excidium, vltro licet se-
 ipsam omnibus insuadeat ambitio, auget illi
 fiduciam pater decrepitus, frater immaturus,
 affluunt flagitij fomites sceleris incentiua,
 transfugæ atrocissimi: quorum quoidam in-
 uidia Seregij, alios truculentia faceret extora-
 res. 1-

res. Iste siquidem Serenius cum Poloniæ Princeps esset militiæ non satis æquabiliter pensa Reipublicæ dispensabat, qui non quid rectum, non quid virtus postulauerit, sed quid iusserit pecunia, non quantum quis meruerit sed quantum dare potuisset inspexit. Plures ergo huius odio quam exulis amore vltroneum elegerunt exilium. Et primus Sileucianæ præses Prouinciæ, cui nomen Magnus, huiusce conuenitur pactione. Nimis crudelis nimis miser est, quem non solum depressæ sed amissæ libertatis non miseret, nec filius est qui materni calamitates doloris sine dolore dissimulat. Neminem siquidem latet quod monstrum, quæ bellua omnem patriæ sinum occupauerat, quoniam laceros unguis intimis omnium impegerit præcordiis, vultur edacissimus, solus matris, non vt materna sugens vbera, è quibus cum lac emulgere non potest elicit sanguinē, qui cæteros velut abortiuos, aut procul omō abigit, aut fastuoso suppremit potentatu, quid quod apex omnis, quid quod decus omne sub illo prostat, & in quæstu pro meretrice sedet. Quis enim expediuit psitaco suum aue & quis omnes docuit Maiestatis archimetricas conari

conari rationes ? magister artis ingenijq;
 largitor Setegius, qui fascēs, qui dignitatum
 gradus, qui graduum omnes minutias in ar-
 tem redegit calculandi, qui tanti molem im-
 perij in trutina venalitatis appendit. Pro-
 inde maturius tantæ pesti, tantæ cladi occur-
 rendum. Cui enim ferendum est publica per-
 niciēs publicæ honestatis opprobrium. At
 verò nutrix deliramenti ætas est decrepita,
 & ad omnia imbecillis infantia teneritudo.
 Ideòq; nec Regi nec Reginae infantulo ido-
 neris competere, cum neuter consilio, neu-
 ter viribus vel sit vel videatur idoneus. Nec
 enim annosa quærcus affluens carie in fabri-
 cæ columnam erigitur, nec lentisci virgulto
 ruina macerie suffulcitur. Talem igitur &
 explorari & implorari conuenit. talem votis
 omnium expetendum, in quo & rebus affli-
 ctis extet solatium, & micantis firmamen-
 tum gloriæ solidetur. Cuius tam pereximia
 felicitatis super excellentem te Magne aucto-
 rem existima, si confauoraneum ad nos ani-
 mum inclinaueris. Si Regis primogenitum
 Zbigneum in id propositi continueris, quæ
 si perfectè nosse velis fidelissimum naturæ ac
 virtutis consule testimonium, quæ in illo dul-
 ci alter-

ci altercatione contendunt, vt incertum sit, natura virtutem, an virtus naturam antecedit. Itaq; diu Magnus secum deliberat, deinde consanguineis deliberatum immurmurat & insuadet consilium, quod cuncti incunctanter amplectuntur, & Wratislaviae Principem Zbigneum constituunt. Quia verò id sine patris conniuentia perfectum est, moneri pater non potuit, Regina & Setegio flammas indignationis aggerentibus. Ideo se coæquiuiocum nominis Regem, Vngariae, Moraviae, ac Bohemorum Princeps, nec nō alias Thibianeorum copias in Sileucios contrahunt, Quibus vñde imminebat excidium, inde accumulatio creuit gloria. Constantissimè namq; illorum resistente constantia, seu urgente potius instantia, fædus coactus est pacisci cum filio, atque in ipso concordiae vestibulo, in ipso pænè pacis primordio expiravit. Nam vt filialem erga se pater experiretur animum extremæ valetudinis languorem simulat, filium quasi quoddam fati solatium acciri iubet. Verum ille vera cordis nō dissimulata læticia morbum incessu vultuq; fatetur. Quippe qualis vultus erit, talia corda gerit. Cum enim humanum sit etiam alienæ cala-

enæ calamitati compati. nullum in isto intel-
lectum est vel fictum compassionis iudicium,
imò in timpanis, tibijs, symphonystarum
choris, & diuersis histrionum præstigijs me-
rentem aulam ingreditur pompaticè, vt ipse
arrogantiæ factus. de ipso præconari videtur:
filius enim ante diem paternos suspi-
rat in annos. Cognoscit quidem pater egre-
gij affectum filij, sed paternè ignoscit, & om-
nes imprudentiæ arguit, qui scilicet tam pru-
denti facto durius opinari sunt, aut illum ex
industria in rebus iucundissimis non iniu-
cundum patri attulisse solatium, nec enim
flamma flammis extinguitur, nec mærore
mæror exuitur, præsertim cum hilaritate
medentis æger nonnumquam hilarescat; Vt
autem illius tumorem superbiæ, si omnino
explodere non posset, aliquatenus subuertere
fiduciales illi alas amputet, robustissima
illius cautè soluit præsidia. Nam primos Si-
leuciorum, quos viribus ab illo sequestrare
non potuit, arte subducit. Vnde grassantius
in patris iniuriam consurgit: Wratistauia
enim transfugit, excedens Kruszwiciam se
recipit, sex Kruszwicienium acies instruit,
Pomeranorum non parua venatur & impe-
rat sub

N

erat sub

erat subsidia, cum suo patre congregitur, dimicat, succumbit, & carceris ergastulo mancipatur. Hic tanta hostium prosternitur infinitas, ut non solū Urbis sed campestrium amplitudo lacuum impleta sit profunditas, adeo, ut omnem inibi natalis esum longi successione temporis nonnulli horrerunt.

COMMENTARIUS.

DIVIDITUR Epistola ista in duas partes principales. In prima describitur suae sterilitatis opprobrium, & eiusdem opprobrii remedium. In secunda describuntur actus ipsius Wladislati illustres. Circa primam partem notandum. Fortuna humana nulli potest ad plenum prouenire. Aliquis enim est, qui abundat sufficientia pecuniarū, tamen sibi deficit generis nobilitas. Alter autem est nobilis, sibi deficit pecuniarum facultas, in tantum quod mallet esse ignobilis, quam nobilis. Alter vero est qui habet utramque, sed deflet vitam cælibem, quia uiuit sine uxore & liberis, habens bona pro uxore & non potest; Alius autem habet uxorem & omnia bona: praedicta, caret

ret tamen hærede & prole. Alius verò hæbet omnia prædicta, deplorat tamen delicta filiorum vel filiatum. Ideò nullus potest cum sua fortuna concordare, quando in aliquo ab ipsa discordet & obprobria patiatur. Inter quæ obprobria prolis carentia Wladislaum Regem anxabat.

Secundo notandum. Orationis puræ magnam esse virtutem: Velut enim fidelis nuncius mandatum peragit & penetrat, quo caro non pertingit, & maxime si humilis, casta & perseverans fuerit. Vacuâ enim tunc non redibit. Hoc animaduertens Franco Episcopus Cracouensis; Wladislaô Regi consuluit, vt ad Abbatem vna cum suis fratribus Monasterij S. Egidij, pro obtinenda prole masculina humiliter ac deuotè veniens; & B. Egidio dona offerens, concurreret. Vnde verò huius Sanctæ vniuersitatis, Monachorum prolem masculinam Wladislaô Regi Polonorum expoposcit. Et ideo Wladislaus piissimus pro tam munere insigni, ad honorem S. Egidij, Ecclesiam eiusdem in Cracouia fundauit, & eam præbendis ac bonis temporalibus dotauit. Hinc etiam ad honorem S. Wenceslai Martyris gloriosi olim

Principis Bohemiæ, Ecclesiam Cathedralē in castro Cracouien. primus fundauit, in quā viginti quatuor Canonicos instituit, & præbendis magnificentia regali condonat. Qui Anno Dñi. 1102. de hac luce migravit: Cui Boleslaus Krzywousty filius suus legitimus, per preces Monachorum obtentus successit. Circa secundam partem est notandum, secundum Senecam ad Lucillum Epistola 17. Quemadmodum vitia non sunt in rebus sed in animo: Sic virtutes non sunt in rebus sed in animo. Actus ergo fortitudinis non dependent ex parte corporis, sed ex parte animi. Wladissaus ergo quanquam grandæuus fuit corpore, tamen vigorosus fuit mente: quo vigore & militares actus exercuit, & rebelliones hostium composcuit, & præcipuè partium Maritimarum & Pomeranorum. Et meritò: Teste enim Tullio de Senect. cap. 4. Arma Senectutis sunt artes, exercitationesq; virtutum. Nihil enim est iucundius senectute stipata studijs virtutum.

Item notandum: Bonum est vt Rex & Princeps habeat Officiales Regni & sui Domini iustos, vnicuiq; quod suum est pro suis meritis reddentes. Sic enim & Rex & suis sub-

vitiosum. Nam quæ salicta planta inferitur, salicti sapit radicem. Vnde iste nescio quid inolitæ in se circumferens originis, non modo disciplina proteruior, sed paterna fit correptione arrogantior. Est autem arrogantia quædam superbix species, qua quis præ se neminem ducit hominem. Hinc omnis arrogans odiosus, quæ pestis sacriloga, nonnullos peperit parricidas. Qui quibus hostes pepercerant, patribus non pepercere. Nonne enim Bactrianorum Regem Eutrandem filius iam regni focius non solum occidit, sed & non dissimulato parricidio, velut hostem non patrem occidisset, per sanguinẽ eius currum egit, & corpus abiecti in sepulchrum iussit. Nonne Rex Solgobriorum Nauides patrem in aula obruncat, cuius etiam sanguinem lingere non horruit, quasi nouo lethi experimento probans, non minus esse dulcem gustu paternum cruorem quam aspectu. Istenẽ solus videretur flagitio suspectus, adolescentes ingenuos muneribus inuitat, & in patris occisionem informat: non impunẽ tamen. Nam cum huius parricidæ adhuc patre incolumi ad regnum suspensum, & procerum præcipuos studiosius inclinaret, respon-

ret, respondent facturos dum paternam non deslerat prudentiam. Quibus ille: Quænam est illa & modicis per inquam præstolare. Appelli iubeas duos greges, balantum vnum, alterum caprarum, & seorsim arietem & hircum, vtrius, inquit gregum ducem eligas. At ille: Balantum, Vter grex potior? respondet balantum. Et illi: Inscrutabilis est tui patris iudustria, & non poteris ad eam. Ille namque cum sciret similitudinem amicissimam esse naturæ, non prius nos dilexit, quam illi essemus etiam parricidio conformes. Et sic nos Capris conformat parricidij olocitas. Quibus ergo placere velis similem fieri te oportet. Proinde cursu citatissimo patrem adiit, pugione confodit, Regnum petit, sed proprio iudicio à Regno arceatur. Aiunt enim: Quia Ducem Balantum elegisti, & potiozem iudicasti hirco Arietem, Rectè quidem; sed cur tam repente ex ariete factus est hircus? hæc igitur feras, quæ hircina olocitate capiuntur. Nos deinceps nec esse capras petulantes, nec hirco subesse delectat. Is eorum exitus, qui sanctissima patrum munia ea colunt reuerentia. Taceo de illo qui etsi non occiderat, quia tamen

per eum non stetit, quo minus occideret criminibus, æmulo fugiente. Abstrachus miserabilis in llice pendens parricidij pœnas excepit. Malei quoq; Cartaginesium principis filium, prætereo Cartolonem, qui ad patrem exulantem ornatus purpura & infulis fastuosè venit, quem pater quia coram exilibus se habitu felicitatis iactauerat, cum ornatu suo in altissimam Crucem Civitatis conspectu configi iussit, statuens exemplum nequis paternis miseris post hoc illudat. Qua ex reliquidè prospicis, cuius gratiæ sit apud alios arrogantiae fastus, quem tanto pater dignum censuit piaculo, Attamen huius excessit medicina modum: nec enim debuit iplo grauior fuisse vulnere vulneris curatio.

COMMENTARIUS.

NOTANDVM secundum Philippum de Pergamo. parte vltima, præcepto 45. Hominem angustiatum & infelicem, nullus debet subsanare & irridere. Eccl 4. Non verèaris proximum tuum in casu suo: quoniam cum scientia vel dignitate, vel potestate temporalis felicitatis proximum tuum excedas, non

propensior. Quem non solum carcere, sed & paterna potestate emancipat, cohæredem instituit, certam illi ab hærede legitimo regni portionem disternat. Igitur Boleslaus licet adolescentulus maturis illum virtutibus anticipat, grauislima morum venustate antecellit, vt ætas vltior in mente adolescentis, non immeritò suam admiraretur caniciem, vt viros consulares canis albicantibus resparfos verticem, ad eius consilia putares infantissimos. Quod quantum apud prudentes gloriæ, tantum illi apud mores improbos perperit inuidiæ, quia virtus sese diligit, aspernatur contraria. Setegius namq; certis instructus prognosticis, suæ in illo declinationem versutiæ luxisse fertur, Ecce hic positus est in ruinam multorum, & tuam ipsius Setegi animam pertransibit gloria gladij. Itaq; factionem contrahit seditionis, elicit scintillâ odij, flammam constat inter patrem & filios, discordiæ fouet incentiuam, quæ Boleslaus nō tantum sedat, sed & sementiuam malorum eradica originem. Setegio enim proscriptioni exposito, partes regni dissidentes conciliat, & quas seditionis occasione occupauerat Prouincias, patri restituit. Non minus in
 paternam

paternam pius religionem, in patriæ quoque commoda propensus, tantum enim virtuti, tantum paternæ deuotioni dependit, ut in aurea lamina nomen patris insculpserit, quâ aurea cathena in pectus dependere iussit, ut quasi patre semper præsentem, filialis iugum disciplinæ, paternæ memoriam reuerentiæ, fugâ vitiorum, virtutum custodelam ubiq; secum circumferret, lamina crebrò suggerente. Sic loquere tanquam pater audiat. Sic age tanquam pater videat. Turpe siquidem est sub patris aspectu, aut agi turpia, aut dici scurrilia. Tanta itaq; se illi reuerentia astrinxit, ut non patrem coli, sed numen crederes adorari. Quod pietatis illi non defuit, etiam patre fati intercepto, quem ut aiunt in veste atra integro luxit quinquennio. Et quoniam virtus est habitus mentis benè constitutæ: Habitus verò est qualitas difficile mobilis. Quod quid filiationis patri debuerat in fratrem transfudit, ut non minus sinceritate deuota custodiret fraternæ intemeritatis arcanum, licet illum suo nosset insidiari calcaneo. Nam ut è multis pauca perstringam, imò ut ex paucis multa coniectes, robustum Pomerani iuxta Zantok exstruxerant municipium, quod

quod Zanthoensium imminebat excidio, Quod cum expugnare contendit Sbigneus ignominiosè abigitur. Boleslaus verò non solum illud solo adæquat, sed Miedzyrzecz & alias illorum vrbes euincit. Rursus Sbigneo muliebriter illacrimante, Parthi Poloniae fines populantur, quos transfluminatandem consequitur Boleslaus, & hostes passim fundens, captiuos suos ense redimit, & prædones in prædæ prædam conuertit. Quæ adolescentis tyrocinia cis annos aucta puertatis, animo Sbignei fomitem iniecerit inuidiæ. Vnde fraternis arrogatus interesse & præesse nuptijs, quæ putas sponsalia, quæ solatia, quæ sodalitia, quos deniq; paranymphos architriclinari studuit, Bohemicam suscitavit, instruit rabiem, vt Boleslao connubialibus feriente ceremonijs regnum eius grassantius depredentur. Sed nouus illos sponsus vino eruoris inebriat, qui vt acrius hostilem comepescat audaciam, tres delectorum turmas in Morauiam destinat. Hi dum infinitas prædiciniorum agunt manubias, ducem Morauiae Swatopelk à tergo conspiciantur. Nec liquido claret: Vtrumne tygridem oratio catulorum vrgeat stimulantius, an Leones præ-

ones prædæ aviditas vrgentius instimulat. Iugendus tamen vtrinq; conflictus, vix multo vtrorumq; scinditur discrimine. Hic militiae Princeps Wislaus manu inutilatur. Pro qua ob virtutis insigne, auream illi Boleslaus restituit. Quod æmulorum liuor, & maxime non fraterna fratris mordacitas, in ridiculi parabolam conuertit.

COMMENTARIUS

EPISTOLA Præcedens in tres diuiditur partes. In prima describit pietatem Regis Boleslai, qua motus non solum Sbigneum de carceris ergastulo soluit, sed etiam bona largiens ipsum emancipauit, hæredem fecit, certamq; illi partem Regni ab hærede legitimo videlicet ipso Boleslao assignauit, licet Sbigneus apud patrem suum hæc nunquam meruerat.

In secunda parte profequitur de laudibus virtuosis Regis Boleslai, quibus licet adolescentulus ipsum Sbigneum, ætate maiore excellebat, & in admirationem multos viros deducebat. In qua quidem morum gravitate, sicut apud prudentes & bonos magna
titulus

titulus gloriæ sibi creuit, sic apud insipientes & prauos, magnus sibi cumulus inuidiæ redundauit. Ideò quia virtus diligit sibi similia, aspernatur autem contraria.

In tertia parte describit actus strenuos Boleslai, primo per se aduersus Pomeranos, secundo aduersus Ruthenos, tertio Bohemos. Et quarto per Procere suos aduersus Morauos, inter quos Willaus alias Zeleslaus princeps militiæ manu mutilatur, pro qua sibi manus aurea per Boleslaum datur.

Circa primum est notandum. Nemo adeò ferus est qui non mansuescere possit, secundum Horatium in Epist. Si modo culturæ patientem commoder aures. Hic tamen secundum Iacobum in Zophilio, parte 8. Cap. 7. Quantò quis in gradu est sublimior, tantò ad misericordiam & ad clementiam existere debet promptior. Iuxta illud Ouidij 4. Trist. Quantò quis maior, tantò placidior iræ, & faciles motus mens generosa capit. Rex igitur Vladislaus, & conditione sua regali erga Sbigneum filium suum naturalem, pium se existimans, nedum pro suis demeritis ergastulo carceris liberatum emancipauit, sed & partem Regni Ducatum, videlicet

videlicet Siradiensem, secundum quandam Cronicam, & terram Glogouia assignauit, in hoc sequens veterum exempla Regum quiclementes & p̄i extiterunt.

Circa secundam partem notandum, secundum Franciscum in Proæmio 1. libro. Habet hoc proprium virtus, vt in amorem sui bonos eligat, in stuporem malos. Cui consonat Tullius libro de Amicitia dicens: Nihil virtute amabilius, nihil tam magis allicit ad diligendum, quam virtus. Nam propter virtutem & probitatem, etiam eos quos nunquam vidimus quodam modo diligimus. Et meritò. Quia omnium bonum appetunt 1. Ethic.

Circa tertiam partem notandum. Boleslaus Krzywousty, de cuius nuptiarum solemnitate hic tangitur, duxerat in vxorem filiam Ducis Halicien. de qua genuit Wladislaum secundum & vnam filiam, vt habetur in alia Cronica Polonorum.

EPISTOLA XXVI. IOAN- nis Archiepiscopi Gnesnensis,

In qua

In qua præcedentis Epistolæ materiam continuat.

NIL adeò benè fit vel dicitur, quod non possit deprauari. Nam quid in lingua lusciniæ? amænitas, quid in lingua serpentum? Sibilus, quid in lingua canû? latratus. Vnde cum dictum est Sipienti: Male de te loquuntur homines. Et ille: Non quod debent faciunt, sed quod solent. Gloriosum verò viro est forti, corpore mancum, virtute videri ambimanum, quod illum virum non latuit, qui multis in præliis, ab hoste tandem gressu subuernatur, à consocijs deplangitur, quorum ille planctum ridiculo excipit, iucundum sibi gratulans accessisse hac in re commercium, ut singuli passus virtutum sint monimenta, non claudicandi obprobrium suam alij vndelibet mendicent gloriam, ego meam corporis cicatricibus insculpsi. Quidam enim inquit, etsi claudicare videantur, non claudicant, sed vel virtutes computant, vel earum incrementa meditantur.

COM

COMMENTARIVS.

EPISTOLA hæc continet partes duas. In prima Sbigneum reprehendit virtualiter, qui Willaum de opere virtuoso per vitium derisionis subsannauit, & opus eius bonum & virtuosum, quia fortè per suam derisionem & detractionem deprauare voluit.

In secunda Willai fortitudinem subiungit, qui manu priuatus in bello propter bonum Reipublicæ, Sbignei detractionem patienter tulit & maluit esse ambimanus in virtute, & mancus in corpore, quam ambimanus in corpore, & mancus in virtute, quod probat cuiusdam fortis familiaris exemplo in litera positò.

Circa primam partem aduertendum est. Tripliciter bona quæ fiunt vel dicuntur, per aduersarios deprauantur. Primo adulatione, quæ blanditur cum pernicie. Iuxta illud Isaia 3. (Popule meus qui te beatum dicunt ipsi te deceperunt.) Et hoc significatur per amenitatem luscinia, id est Philomelæ. Secundo detractione: & hoc significatur per serpentem Sibillum. Serpens enim est animal

○

proditiosum

pròditiosum, in silentio mordet, tortuosè incedit, & terram comedit. Sic detractor & proditor: Illos enim mordet retrò, Qui dū sunt præsentes, adiuuare alias venerari se simulat, nec detrahit, nisi vbi detractor timet, dū videt eum cui detrahit: Tortuosè etiam incedit, dū incipit à laude eius, cui vult detrahere: Rectitudinem etiam simulat intentionis, dicens: Se hoc non dicere animo detrahendi, vt ei fides adhibeatur, dicit se eum diligere cui detrahit. Terram etiam comedit, quia quod infimum est in homine versat in brè. Tertio, dissensionem & calumniam, Eccl. 1. Calumniā turbat hominem sapientem, & significatur per canis latratum. Hæc omnia fiunt per linguam, quæ secundum Iacobum in Canonica, Cap. 3. est inquietum malum, plena veneno mortifero: Ideo quia peccata linguæ sunt 24. vt patet in summa de vitijs.

Circa secundam partem aduertendum est, secundum Macrobiū, lib. 1. Fortis animi est, supra periculi metum agere, nihilq; nisi turpia timere, fortiter aduersa tolerare, velut prospera. Est enim fortitudo, rerum magnarum appetitio, rerum humilium contemptio.

temptio, & laborum cum vtilitate perpen-
sio, quæ inquam perpensio est stabilis, quod
hominem insuperabilem facit. Inde Seneca.
Facilius est gentem quam virum fortem de-
bellare. Hæc autem fortitudo viguit in Wi-
flao, & in alijs fortibus viris multis, de
quibus narrat in litera.

EPISTOLA XXVII. MATHÆI Episcopi Cracouiensis.

De amplioribus Regis Boleslai tertij
dicti Krzywousty, successibus &
gloriosis actibus.

TA N T A verò Boleslai vndiq; fama
percrebruit, vt omnes illius animosita-
tem hostes obstupescerint, vt Martis alu-
nus, Tygridis filius, tæris rabies, draco fla-
minimus, ignis, iæctus fulminis seu quouis a-
liofiferitatis vocabulo à diuersis nuncupare-
tur. Tantus illi animus, tantus belligerandi
amor inerat, vt grauiorem putauerit ocl; tor-
pedinem, quam morbi languorem. Nec mi-
nus illum domestice fratris exereuere insi-
dia, quam

diæ, quam hostis extraneus. Qui cum fraternæ virtutis odio, cum inspecto nocendi desiderio amorem simulat, fidei constantiam paciscitur, iurisiurandi execratione se inuicem obstringunt, neutrum sine altero de pace vel hostilitate cum quibuspiam decernere, vtrunque alteri salubritate consilij, auxiliorum promptitudine, quàm fidelissimè suppeteret, quorum animo illud inprimis vnanimiter infedit, vt maritimas occuparent Prouincias, vt Pomeranorum retundatur improbitas. Itaque locum, tempus, modumq; contrahendi, ordinandi, & educendi cohortes eligunt. Quod in ipso penè deliberandi auspicio, proditiõnis ille Princeps Pomeranis fertur prodidisse. Nam nec sponsioni condictæ præstitit, nec suam aut suorum copiam collibito exhibuit. Imò fratris paratissimos, tam amicos quàm obsequiales; occulta persuasione à proposito distorsit. Interea Pomeranorum latronculi Poloniæ conterminia manu valida insilunt, flammam inieciunt, prædas abigunt. Igitur Boleslaus nihil tale suspicatus, intrepidus tamen cum paucis aduolat, hostes agreditur: quantus furor, quanta temeritas, octuaginta duntaxat viri cum tribus millibus committuntur.

gunt. Sed quid hi sunt inter tantos, non frustratur tamen spicarum manipulis, exiguus licet igniculus inuoluitur, caduntur quidem & cædi malunt, quam cedere Boleslaidæ, sed hostium strages decuplatur, nec cessat leo rabidus turmas transgirare, cuneos perscindere, donec genitalibus fuscis, eius astureo probuit. Tandem demum plures pedestri prosternens conflictu, è campo certaminis non declinavit, sed virtute indefessa fuit hostibus hostis infestior. Nec verò sacri comes palatii Scarbimirus instat segnius, tantò acrior, quantò cruentior. Erat enim dextro lumine tenebratus. Sui quoq; victores per omni hostes cedunt & sternunt, quorum quidem non victi, sed vincendo fatigati, interstratorum cateruas hostium obdormiscunt.

COMMENTARIUS

IN HAC Epistola facit tria. Primo describit fortitudinem Boleslai, ex qua inerat illi amor belligerandi, propter quod & hostes sui coram eo obstupebant. Vnde & filium Marthis, qui est Deus belli, filium Tygridis qui est ferox & velox, Leonem qui

O 3

audacium

audacium Princeps seu fulmen ipsum vocabant. Secundo describit insidias, traditiones ac fraudes per Sbigneum confratrem suum Boleslao factas, quibus fraudibus sponsiones fœderatas rupit, & iusiurandum inter ipsos factum minimè tenere curauit. Imò fœderibus non obstantibus amicitiæ, in malum fratris sui insidiosè ac prodiciosè laborauit; nec aliquod secum dictamen factum ad effectum deduxit, amicosq; vbilibet ac defensores promptos, in suum periculum non modicum sibi destruxit. Tertio subiungit triumphum, quem cum suis octuaginta contra Pomeranorum tria millia obtinuit: In quo Asturco seu dextrarius sibi interit, & Scarbis miras comes oculum dextrum amisit.

Circa primum est aduertendum. Boleslaus ita fortis extitit, quod animus belligerandi totus sibi affluit, vt grauiorem putaret ocij torpedinem, quam morbi dolorem. Et ratio est. Quia secundum Senecam ad Lucillum in vna Epistola. In omni morbo sunt grauia tria, mætus mortis, dolor corporis, & intermissio voluptatum: Ocium venò secundum Senecam ad Lucil. Epist. 68. Est viui hominis sepultura, quæ est peior quàm illa tria. Circa

tria. Circa secundum notandum. Domesticae inimicitiae peiores sunt quam extraneae insidiae. Vnde Boetius Nulla pestis efficacior ad nocendum, quam familiaris inimicus. Ratio. Quia inimicus extraneus habet, sicut inimicus loquax, domesticus autem sicut tacens.

EPISTOLA XXVIII. IOANNIS Archiepiscopi Gnesnensis.

In qua virtualiter commendat Regem Boleslaum de amore Patriae.

QUOD amore patriae suscipitur amor est non furor, virtus non temeritas. Fortis enim est verum amor dilectio; quae quanto est meticulosior, tanto audacior. Nihil namque audacius in arma ciues prouocat, quam civilis timor discriminis. Hoc est quod Solon Athenienses exhortatus ait: Non minus timidos vos esse velim quam audaces, quia timor circumspersionem suggerit, & circumspersione parit confidentiam, & confidentia gignit audaciam, qua homo saepe fit superbo animosior.

nimosior. Quid igitur Machabæum cum octingentis viris contra viginti duo millia Bachidis illius viri impulit, ut sui oblitus, suorum potius meminerit quàm vitæ & amor patriæ. Quid quod Saulides in iugeris dimidiis perexiguo spaciolo viginti viris castris, tot Philistinorum legiones, solo comite armigero, & impegit, & confudit? Aut vnde tantum animi Eleazaro, ut salubrius, cedentibus alijs, suffosi ruina Elephantis obteri elegerit? Quid Trecentos Spartanorū contra Persas animauerat, ut quingenta hostium millia non horruerint? Vnde compluribus tanta moriendi voluntas? amor patriæ. Nam ut alios sine inuidia præteream, super excellentem audi Codri virtutem. Dorenses enim contra Athenienses præliaturi oraculum consulunt. Quibus respondetur: Si hostiū occiderint Regem, ipsi vincerentur. Quo cognito Rex Atheniensis Codrus, permutat habitum, pannosus castra hostium ingreditur, militem ex industria falce vulnerat, & à vulnerato occiditur. Hostes corpore cognito, sine prælio discedunt. Sic virtus Regis propriæ discrimine mortis, patriæ salutem meretur. Non est ergo alienum à virtute, priuato incommodo Rēpublicā saluare. Com-

COMMENTARIVS.

BOLESLAVS tertius sic patriam dilexit, quod cum octuaginta viris tria milia hostium inuadens prostravit. Exemplo primo Iudæi Machabæo, de quo habetur 1. Machab. 9. Qui amore legis diuinæ & patriæ cum octingentis viris, Bachidem cum viginti duobus millibus inuasit & vicit. Secundo exemplo Spartanorum, Nam vt refert Valerius libro vltimo. Leonides Nobilis Spartanus cum Trecentis Ciuibus pugnat contra Regem Persarum pro libertate patriæ: Quos alacri animo est allocutus, dicens: Sic prandete commilitones mei, tanquam apud inferos cœnaturi. Cui omnes paruerunt in trepidi: denunciatum enim eis: Nihil restare nisi mortem, & animat eos ad omnia patienter pro patria sustinenda. Tertio exemplo Ionatæ filij Saulis de quo habetur 1. Reg. 14. Qui cum adolescente armigero suo viginti viros in media parte iugeris prostravit, & reliquam multitudinem hinc inde disparavit. Quarto exemplo Eleazari, de quo habetur 1. Machab. vlt. Sic enim vt liberaret populum su-

lūm suum, & acquireret sibi nomen æternū, visa vna bestia ultra alias emittente. In qua esset Rex, cucurrit ad eam audacter in medio legionum interficiens à dextris & sinistris. Et cadebant ab eo huc & illuc, & subit pedes elephantis supponensq; se eidem, & occidit eum, qui cadens super Eleazarum ipsum oppressit, & mortuus est illic. Qui videntes virtutem Regis & imperum exercitus eius, diuerterunt à prælio. Quinto Exemplo Codri Regis Atheniensium, de quo refert Valer. lib. 5. Cum enim Dorenses cū Atheniensibus fuissent bella commissuri, acceperant responsum à dñs, quod illi essent victores futuri, quorum Rex occideretur. Codrus hoc audiens, salutemq; Reipub. & patriæ præferens, in habitu pauperis ad hostes transiit, & ipsos iurgis prouocando, militem studiosè falce vulnerauit, & à vulnerato est occisus.

Circa literam est notandum, secundum Tullium lib. 1. de Offic. Omnium societatum nulla est charior, nulla gratior, quam ea quæ est cum Reipub. Vnicuiq; nostrum chari parentes, chari liberi, familiares & propinqui. Sed omnium charitates patria vna complectitur.

plexa est, pro qua quis bonus non dubitet
mortem oppetere, si sit ei profuturus, imò &
pro ea dulciter moritur. Plurimi ergo sunt
inuenti, qui vitam pro patria dulciter fude-
runt. Et ratio est. Quia bonum patriæ ex-
cedit omnia bona singularia, parit enim no-
bis necessaria ad vitæ corporalis sustentatio-
nem, ad humani generis conseruationem,
ad vitæ moralis eruditionem, secun-
dum Philippum de Pargamo.

EPISTOLA XXIX. MATHÆI Episcopi Cracouiensis.

De vlterioribus laudibus & actibus
bellicis Boleslai Regis.

RVMORE tandem prelii diffusius per-
strepto, fit ad principem suorum vndi-
que concursus; nec desunt qui proteruum,
qui incircumspectum, ac præcipitem dicant;
quod inconsulto animi calore tanto sese pe-
riculo ingesserit, nec decere ducem examinis
vsquam euolare sine examine. Alijs egregiè,
animosè astum videri, caelo tenus afferendum,
aiunt co-

aiunt, eotem esse debere Principem, qui sua exacuat, non obrundat, & inter hostium cadavera equi cadauer inspectantes; ecce in-
 quiunt, ecce ille Alexandri Buccephalus, quem Rex Indorum Porus occidit, quem deinter
 hostes per caudam ad suos Alexander pertra-
 xit. Sed & comiti Scarbimiro effossi luminis
 à patre Alexandri mutantur solatium, qua-
 liter Philippo Montanam urbem oppugnan-
 te sagitta de muris iacta Regis dextrum o-
 culum effoderit, quo vulnere nec segnior in
 bellum, nec iracundior in hostes, nec mode-
 ratus tamen, sed etiam mitis aduersus victos
 fuit, Boleslaus verò torrentis instar spuma-
 tiore impetu rapitur, fit obice torrentior, fit
 correptione animosior, cumq; vltum ire au-
 dus parat, Sbignei rursus dolo acciti Bohe-
 mi præ foribus nunciantur. Vtrum ergo
 eligendum vetus insectandus hostis, an nouo
 occurrendum, Ad hoc tutius, illud honesti-
 us, neutrum tamen negligit fidelis Macha-
 bæorum imitator. Nam & quos Pomerania
 destinat, de Pomeranis victoriam refe-
 runt, & ipse de Bohemicorum millibus tri-
 umphat: Sic & iniuriam propulsat, & pa-
 triam conseruat. Est autem oppidum Kozle
 finibus

finibus conterminum Bohemiarum, quod non
 ab hoste, sed praesidium in Curia igne negle-
 cto concrematur: Veretur Boleslaus, ne ab
 hostibus muniendum occupetur: Illo itaque
 ocius accelerat fratris ope subsidiari postulat,
 cunctanti scribit: Nimis delicatus est, qui
 honorem appetit sine onere. Nam etsi ho-
 nesta sit, certe onusta est principandi solertia,
 & nos quidem eiusdem horti pariter capimus
 delicias, sed modo dispari hortum excolimus,
 cum ratio exigat, ut quem utilitas delectat,
 difficultas non terreat. Decebat enim in pu-
 blicis administrationibus, in Reipub. patrocini-
 nis eum principari, praecipue qui primogenia-
 turae praeminet principatu. Quod si laboris
 sarcinam declinare potius eligis, meorum sal-
 tem ac meis confave laboribus, quos omnia-
 tum commodis intellexeris accomodatos. Pe-
 nes itaque te iubendi auctoritas, penes me sit
 obsequendi promptitudo. Turpe enim est,
 luctari cum onere quod semel susceperis.
 Ad haec ille sinistimus interpretes stomachatur,
 consternatur, legatos vinculis conuincit,
 occasiones contra se quari queritur, Pome-
 ranos, Bohemos, Morauos, & Lemmanorum
 Duces in fratrem suscitatur, ut illum a Regno
 exterminet.

exterminet. Horret his auditis Boleslaus, & hæsitat, quos prius expectet, aut quos prius imperat hostes. Non imprudenter tamen prudentium secutus consilia; Bohemicos sibi conciliat, fœdus ferit, fratri simul & dolos & vires amputat. Verum ille Parthico, plusquam Parthus fugam eligit potius, & Marij exemplo in Mazouia carectis delitescit: Quem Boleslaus omnibus eius municipijs interceptis vrgentissimè insectatur, donec humillimè prouolutus, vix optimatum tandem impetrat interuentu, vt miles saltem fratris non Regni cohæres æstimeretur. Illud quoq; satisfatione pollicetur, ne quas Boleslao suspectas munitiones ac nouas erigat, aut dirutas resarciat. Sed nec tunc inolitæ fomes perfidiæ in illo sopiri potuit nedum extinguï. Non enim est facile à consuetudine reuocari, cum sit consuetudo altera natura. Itaq; sub amoris prætextu tendit laqueos, fodit pedicas, torquet pendilia, casses iacit, hamos inescat, armenta toxicat, & omne dolositatis artificium experitur. Nouissimè fellis acerbiter, virus euomit pestiferum. Nam Boleslao in Maritimam profecturo, cooperator ille diligens, qua consuevit opera fratrem

fratrem coadiuuat: Impietas enim sacrilega,
 sacramento fidem, naturam priuat pietate,
 fratri suorum subtrahit adminiculum, hosti-
 um subsidio seipsum impendit. Qui uti dolum
 tegeret, mutat arma, gregarium militem se
 simulat, fratris castra ingreditur, quibus no-
 tu exploratis cum hostibus impetum facit.
 Erat interea Boleslaus extra castra suorum,
 diligenter explorans excubias. A tergo igitur
 hostes occupat, quibus fufis, magister
 doli, casu, deiecta cassideprehenditur, ca-
 pitur, eorum Magistratu Maiestatis insimula-
 tur. Ciuium castra cum hoste impugisti.
 At ille: Non inficior me cum hostibus, uno
 ante hostes ingressum, quia impetum factu-
 ros praecurrere contendi. Cumque vel & fa-
 sti atrocitatem tora stupet ebencio: Quidam
 principis dignitati Sarrapa proximus exordi-
 tur. Bloquar an fileam? dolor siluisse do-
 lorem: vulnus enim geminat vulnere spina
 latens. Sed estis dmnis lingua fileat, sua ra-
 men hominis de homine non silentistudia.
 Hic siquidem, non sicallidus homo, quo
 dolum regat, habitum dissimulat, Regni am-
 bitione se rapem ad hostes recipit, hostibus
 in excidium patriae subordinatis, castra Ci-
 uium no-

uium noctu irrupit, vt Regni extincto lumine & Tyrannidem occupet, & tyrannidem exerceat. Porro sub habitu ficto cum hostibus, Sbigneus castra Ciuilia conuenit, mihi vt cum aduersario, quo animo id fecerit, induxerintne illos, fecerintne cum illis imperū, id in controuersia verti videtur. Et primò huius naturam hominis ante oculos ponendam: Secundò, quæ illi disciplinæ fuerint studia, contemplari libet. Tertio, quæ in Ciues vel erga hostes affectio demonstrandū. His enim digestis, nec parua quidem dubitatio remorari potest condonationem. Huius itaq; naturam nullum habere cum virtute consortium liquidè constabit, si origo examinantius attenditur. Non enim facile plāta conualescit, cuius radicem vermis in ipso plantationis exordio cauteriat: Imò qui salici surculus inseritur, salicti insequetur saporem; & ex Pegaso conceptus Burdunculus matris asinariam exprimit ruditatem, non Pegasi profapiam. Nam quid adulterinæ palmæ propaginis propinare potest, nisi acerbissimum labruscæ propaginis stuporem & pestilens enim est succus radicis pestiferæ. Fama est lænam quandoq; commisceri cum pardo,

pardo, Vnde Vnciam nasci dicunt, quæ deprehensa, Leo inuidia, motus cum lupa commiscetur, hinc nascitur Leoxipus, qui vulgo lupus rabidus dicitur. Quam ergo aut iacere aut concipere sementem virtutis potest scorti Seminarium, sed garula ocellorum lasciuiam non nihil suspicionis affert, & ipsa Slafantis linguæ teneritudo, nescio quæ tenero supplantat verba palato, sic mellificant fel dulce, Sirenes pixide vipereum virus in ore fauum. Est enim eadem istius natura quæ basilisci, quæ cicuta, quæ olofagi, quæ cerastis: nam & Basiliscus serenitate visus enecat & extinguit. Cicuta quo dulcior eo nocendi efficacior. Olofagus nunquam crudelior, quoniam cum simplicitate blanditur columbina. Cerastes verò quandam in cornibus, Maiestate Regem sese gerit reptilium. Horum non natura sed deliramenta naturæ, sed virus atrocissimum. Huic perditissimo tam pertinaciter inhaerere, vt ea nec relinquere velit nec possit. Quarum testimonia rerum ex antea actis, hac luce clarius enitescunt, quæ quasi vobis non incognita prætereo: quia in re per se prospicua tempus terrere, nihil

P

agentis

agentis est. Accedit adhæc egregiorum morum educatrix disciplina, ad cuius perfectionem nunc Theutones, nunc Pragano- rum perfectissimos continuis sudoribus vix tandem hic est assecutus. Quem latet ambitio, fastus, cursusquæ furoris Theutonici gerit hunc talis intus hic atque foris. Aut quis ignorat, quæ Pragana sit Ethicæ præceptio? Sis blandus fili pariter & insidiosus, quia nihil facilius quam sub medici specie animam ægrotantis excludere. Gratiam finge in odio, non odium in gratia, quia tuta frequensque via est per amici fallere nomen. Utilitate cole amicitiam non fide. Quia quod est sine succo radix, quod sine fructu folium, hoc sine utilitate amicitia. Plura semper promittere, promittas quam præstare velis, quia multa promissio paucos obligat, multos exhilarat. Hinc est quod in isto, non fructus florem sequitur, non germen aristam. Ponderis in trutina pondere cuncta carent. Si ergo vicinus diues cupiditates irritat, si delicatus socius paulatim enervat & emollit? Si à conuictu mores formantur, cui mirum videatur, hunc talem talia prosumpsisse? At vero acri-

verò acrius illum arguit, acrius exercita in patriam atrocitas, tui tamen etsi aut occasio, aut facultas quandoq; defuerit, nocendi certe animus nunquam defuit. Cuius rei argumenta sunt non tam vincula, quam carceris ergastulum, cruentissima temeritas, factio sacrilega in paternam totiens reuerentiam conspirata: Nec enim ipsi nescitis, quoniam non modo ciuilis, sed & fraterni ficientissimus sanguinis semper extiterit. Nam quid totiens etiam hostium in nos expertæ vires, quid affinitates, quid sodalitia, quid tam versuta totiens versata cum hostibus loquuntur ingenia, ne singulare cuiusquam, sed publicum Reipub. discrimen. Cui cum imperare homo ingeniosus non possit, perdere contendit. Quid deniq; huius facti de quo nunc agitur circumstantiis expressius? Scis quem pileolo pileat iste dolum: Hostes antecedit, arma ingerit, sed invitata. Scis cur antecedit, vt si vincat animasse se hostes gloriatur, si vincatur nunciū iactiter cautelam. Rursus cur arma ingerit? vt vincat. Cur mutata? vt si vincatur delitecat, vt quorumlibet fati vergat alea, vtrolibet cadente non desit alterum, aut vni-

cendi fiducia, aut mentiendi industria. Est ne ergo quo ille vel tenui, tam nudum factinus operiet vilius ratiunculae panniculus? virtutem allegabis? At in isto nec simia fingi potest, virtutis dotes naturae? At illa huic non modo non amica sed infesta. Quid ergo fraterna inquis religio, Civium amplexus, patriae salus, publicae denique honestatis iustitia, quem adeo desperatum modicum labi, ne dum in tam horrendum flagitij piaculum incurrere patiantur? At hominum hic omnium semper fuit hostis atrocissimus. Ad naturalem itaque perniciem, si oculus rationis flectitur, si olacissimam huius morum corruptelam, cuius fatore omnis aer inficitur, vestrae discretionis nares non postponant cognoscere. Si atrocior malignandi pertinacia, quae isti nunquam defuit, in lance appendatur examinis. Si omne circumstantiarum pondus illum obruit, nec omnino excogitari pro illo possit, vel emendicatum patrocini suffragium, non est qui neget locum malefici fuisse, imò quia multiplex funiculus difficile rumpitur, quia multiplici monstrum hoc & vincitur, cathena & vincitur. Non video quod ingenium, quis

Protheus,

Protheus, vel calculum damnationis transfiguret, vel nodum supplicij dissoluat. Nam si ab humanitate derelictus homo, lætam quod absit referat sententiam, nulla res nusquam, aut huic mederi poterit incommodo, aut erratum corrigere: nec enim post incendiū fauillam succurritur incendio, nec post naufragium naufragio consulitur, præsertim cum voluntario ac deliberato facinori nulla sit vspiam expectatio veniæ. Imprudentiæ verò seu necessitudini etiã iustã deprecationem esse paratam. Lex enim iubet, remissionem veniæ, Crimina nisi semel commissa non habere. Vox hic verba finierat, cum omnis penè concio cuspides in Sbigneum attolit, exclamant: Non modo illum configi, sed morsibus debere amarissimus discerpi. Quorum vix tandem sedato tumultu, Iuris non imperitus quidã: Periniquum, inquit, est, vt mulcta sententiam anticipet. Nos verò in quenquam sententiam ferre non possumus, nisi aut conuictum, aut sponte confessum. Vnde Imperator Constantius, Iudex ait, Crimosum iudicans, non ante sententiam proferat, quam aut res ipse confiteatur, aut per in-

nocentes testes conuincatur. Audistis autem in ipsa litis contestatione reum excepisse. Fateor, inquit, me cum hostibus, imò ante hostes castra ingressum, nec impetum feci, sed impetum facturos prænunciare contendi. Exceptionis autem, si rationis robore nitatur, audientiae copiam negari iure non oportet. Ratio ergo exigit, ut qui excipit constructiuas, exceptionis rationes non sileat. Sbigneus. Rem, Patres conscripti, spectandam esse non hominem, quia facti causas ponderari conuenit, non hominis ventilari naturam. Principali etenim edicto in concionem profectus hostes casu illabor, potentissimis hostiam insidijs confecto, declinandi facultas vestigia nulla, retrorsum vires experiri verat virum disparitas. Nam quod posse putas acinum torcularis prælosub impressum. Quid ergo & notis & industriæ mox instructus oraculo, arma mitto, collegam illorum simulo, in vos impetum facturos præsentio; & sensim erepens ab hostibus, ut rem Ciuibus detegam, hostes è vestigio subsequentes anteuolo, arma imminere clamito. Sed in ipsis Castrorum initijs, hinc ab hostibus, ilinc à Ciuibus

uibus quasi hostis occupor : Ciuem autem ad Ciues licet confugere , ciuile oportere non celare discrimen. Quis inficiari audeat, sed malignandi non intercessisse, animū primò demonstrari cōuenit : deinde non aliud quam facinus iure fieri debuisse. Supremo , in quibus pars aduersa siue robor allegationis ædificat & extruit, nihil subesse roboris euidentissimè declarabo. Non est ratio quæ nos in vos, nos & in nostræ Reipub. perniciem inducere potuerit. Vipereū enim non humanum est, maternum aluum concutere. Nam nec ea de qua magis videtur, quam aduersarius alligat ambitus causa, stare potest : Nam si est, imò quia est, ambitio vehemens honorum appetitus, quod quis ambit, necessariò appetit : Si appetit, desiderio amplectitur. Quo ergo pacto quis prudens eius rei suspiret interitum, quam summi voto desiderij fore mallet perpetuā. Cuncta etenim quæ vel modica fauoris hominem suauitate alliciunt, perteneri fouentur amplexu. Eum verò ea permaximè delectant, quorum dulcedine natura nos concepit, peperit, aluit, fouit, educauit. Si enim a nido hirundo murilegum, si fucum ab alueo

fauigera vermiculus. Si à formiciniò deniq̃ arcet formica, incendium quo animo filius aut materno gremio flammâs iniñciat, aut in facerrima patrum præcordia, cruentos hostium gladios exacuet? Non est certè humanū id feritatis hominum cuilibet atrocissimo imputare. Est enim homo animal mansuetū natura. Si ergo pollicitus sum me ostensurū non interuenisse rationem, qua inducti Reipub. machinaremur exitium, & si ambitionem quam præcipuam in nos causam conferunt, sed & ipsam rerum & humanitatis naturam, animum malignandi pati non potuisse docui. Non est dubium quando confiteantur maleficio locum non fuisse, nec verò aliud quam gessimus aut fieri decuit, aut eligi oportuit. Item, quid decentius quam quod pietati accedentius, pietati quam quod omnium necessariò salus postulabat, aut certè dissimulari debuit præcitus hostium incursus, aut detegi. Si dissimulari, habitum non iniuria transfigurandum duxi, ne ab hostibus indexprehenderer. Si detegi, quàm officiosissimè hostes antecurri, ne insuspicatus hostis irremediabilem vulneris iacturam infligeret: præuisa enim iacula minus feriunt:

feriunt : Neq; enim negligenter ferre potui, non tam vicini quàm domestici parietis incendium negligere. Namq; cum possis perturbare aduersarios, non aliud est quam fauere, cum quibus quia viribus nequeo, arte confugo. Quippe dolus an virtus quis in hostes requireret; nihil enim rationi familiarius, nihil iuri magis consentaneum, quàm vim vi repellere, ac insidias insidijs eludere, quia tam leges diuinæ, quam humanæ bonum dolum admittunt. Sed illud nos in suspicionem trahere videtur, quod penè vnà cum hoste castra ingredimur, sed neminem iudicari conuenit suspicionis arbitrio. Nam hoc partim imprudentiæ conuenit imputari. Imprudentes enim ab hostibus intercepti cursu citatiore peruertere nequimus. Lege verò cautum est : Negotium gerentes alienum, non interueniente speciali pacto, casum fortuitum præstare non compelluntur. Nam quod astruere conantur nostram naturam nõ habere cum virtute consortium. Proposito non attinet : nec enim de natura nobis cõtrouersia fuit, sed de facti qualitate. Socj enim Licofrontis modo Zophistico ad ea non incallidè illabuntur, circa quæ idonei

videantur argumentorum. Sed aspicias ipsos
 ipsorum gladio incumbere. Nam si ad in-
 sertionem inspicitur natura cuncta gene-
 rositatem furculi sequuntur, non siluestrem
 trunci aut radicis propaginem. Cumq; non
 habeant quid in medium proferant. conspi-
 cuas naturæ dotes has causantur & illas bru-
 torum brutescere iubent, & quorum in se
 fortasse virus gerunt in alios transfundunt.
 Arridet, proci dolor, efrons imprudentia,
 imprudentis linguæ procacitas, limpidi simã
 honestatis fontem ilambere, quem latet im-
 perio, fama, virtutis odore, flore, Lemna-
 niades moribus antefere & Quos animi pro-
 bitas probat, auget, nonne Pragitas? Cui
 primis meritis par gloria, nonne Pragitis?
 Virtutumq; sitis cui soli? sola Pragitis. Eli-
 cingo magistra disciplina, tam fructus florẽ
 sequitur, tam germen aristam: ponderis in
 trutina singula pondus habent. Cæterum
 quid paternæ nobis seueritatis vincula ob-
 iectant & carceres, candentis flos opinionis,
 nec leditur, nec marcescit. Nam si iudex
 seuerior circa sententiam infamiam ex his
 non irrogat, paterna quomodo correptio in-
 famiam constituet? Audi legem: infamias
 detrimen-

detrimentum minimè tibi affertur, ob id so-
 lum quod in carcerem coniectus es, vel vin-
 cula tibi iussu legitimi iudicis iniecta sunt.
 Rursus cum non causa cognita dictum est
 Sicophantis, sed ad postulatum patroni
 interlocutione iudicis rursus sit, nequaquam
 hoc infamiam irrogat. Amplius nullam exi-
 stimationis infamiam auunculus tuus perti-
 mescat, ictibus fustium subiectus ob crimen
 habita quæstione, si sententia non præcessit
 ignominiaë maculã irrogans. Iam verò cæ-
 tera silentio dignius, quam responsione con-
 futantur. Miramur tamen tantum aduersarijs
 indulgeri, vt non vindicariæ statim seueri-
 tati subiaceant, qui plus iurgijs deberi pu-
 tant, quam iuri, plus feris conuiciorum
 argutijs, quam verè arguere contendunt.
 Nam, si quis, inquit, lex, adeò procax fuit,
 vt non ratione sed probris patet esse certan-
 dum, opinionis suæ imminutionem patietur,
 nec enim ait, conuiuentia commodanda sunt,
 vt quisquam negotio derelicto in aduersarij
 sui contumeliam, aut palam pergat aut sub-
 dolè. Quod si fecerit, duas auri libras pu-
 blicis rationibus præstabit. Luce ergo cla-
 rius per locum à maiori liquet, & causam,
 & male-

& maleficij locum defuisse. Nec ipsam rerum aut hominum naturam consentire maleficio potuisse. Illud ergo demonstrandum est, quod non aliud aut pietas postulare, aut ratio potuit exigere, quod factum dissimulatum officiose detectum non negligerenter accuratum, sed imprudentiæ casum non obesse debere, allegatum est, imò suo aduersarius ense confossus expirauit. Nec paterna nos infamat correptio, & omnes omninò partis aduersæ paleæ in auras exsufflatæ, ac triplex ille funiculus, non hebetationum concilius nouacula. Sit ergo pro nobis pietas, ratio & iura conflagunt, si aduersarios ob contumeliæ probra, & infamiæ lex arguit, & ad multa pœnam exigit. Non video quicquid ingenium, quis Protheus vel nostræ calculum absolutionis transfigurer, vel nodum supplicij amputet illis aut dissoluat. Commisereri tamen conuenit, quia nihil aliud tam peculiare est Imperialis Maiestatis, quam humanitas, per quam sola Dei seruetur imitatio. Igitur sit piger ad pœnam Princeps, ad præmia velox. Quo plus iustitiæ, plus pietatis habet. Quid ergo, mi Ioannes, absoluendum censeam an non ?

Nam ut

Nam ut ego coniicio. Quid libet incerti.
certum sit in ore disertis.

COMMENTARIUS.

EPISTOLAE huius partes sunt 7.
In prima parte describit, quomodo Rex
Boleslaus post triumphum, cum octuaginta
suis Polonis contra millia Polonorum ob-
tentum, à quibusdam Polonis ad ipsum cō-
currentibus, corripitur, pro eo, quod incon-
sulter fecisset, quia de tanta multitudine in-
micorum, cum ita paucis suis se inieciisset, à
quibusdam verò à signo naturali commenda-
tur. Scarbimirus etiam comes, qui dextrū
oculum in eodem prælio amiserat, exemplo
Philippi patris Alexandri consolatur. Ex
qua quidem primorum Procerum correptione,
aliorum etiam ut puto commendatione,
Boleslaus ad insequendum Pomeranos iam
prostratos fortior efficitur. Et cum ad vl-
ciscendum de his apparatus, Bohemi fraude
Sbignei vocati præ foribus nunciantur,
propter quod ipse Boleslaus quasi perplecti-
tur. An videlicet Pomerani essent insequen-
di, vel Bohemi à finibus Regni propellendi:
Insequi

Insequi enim Pomeranos esset tutius, propellere verò Bohemos honestius. Boleslaus neutrum negligens, Scarbimirum Comitem insequi, Pomeranos destinat, & solus de Bohemorum multis millibus triumphat: Et sic iniuriantes patriæ propulsat, & ipsam patriam in pace saluat.

In secunda parte, Petitionem Regis Boleslai Sbigneo pro subsidio sibi ferendo merito recitat. Qua Sbigneus audita & sinistra interpretata, nuncios Boleslai vinculat, & in excidium ipsius Pomeranos, Bohemos, Morauos, & Lemmianos Theutonicos suscitatur. Boleslaus sano fretus consilio, Bohemis ac alijs gentibus contra se suscitatis pacificatis, & ad pacem redactis contra Sbigneum inuehitur, qui fugam pro conflictu more Ruthenico elegit, & exemplo Marij Consulis Roman. in caecis Mazoniæ se abscondit, quem Boleslaus captis eius municipijs, Ciuitatibus & Castris insequitur & comprehendit, qui comprehensus ad pedes Boleslai prouoluit, vix per preces optimatum promouetur, quod miles de caetero Boleslai, & non cohæres efficitur, cū cautione fideiussoria pollicetur, quod inimicorum

corum Ciuitates vel castra non debent noua erigere, aut contracta reedificare, sine consensu speciali Regis Boleslai.

In tertia parte relapsum Sbignei describit, qui ex consueta sua perfidia, Boleslao aduersus partes Maritimas præliante, amicos sibi deuinxit, hostibus se iunxit, & aduersus fratrem suum Boleslaum prius explorationes nocturnales, deinde impetum cum inimicis fecit, quem Boleslaus captiuauit & Magistratui accusauit.

In quarta parte describitur cuiusdam Sarrapæ contra Sbigneum captum, & se excusantem inuectiua.

In quinta parte ponitur cuiusdam iurisperiti interlocutio, ac ipsius Sbignei à morte subita defensio, nisi enim hic Iurisperitus fuisset interlocutus, mox Sbigneus fuisset nedum interemptus, sed etiam diris moribus frustratim discerptus.

In sexta parte ponitur Sbignei defensiua responsio, ac contra Replicationes Sarrapæ sigillata duplicatio.

In septima parte quærit. An Sbigneus ista sua posita responsione diserta satis excusatiua, debeat mitti & absolui vel non: Dicit tamen.

cit tamen, quod sibi videtur ex ista respon-
sione Sbignei factum licet in se sit incer-
tum, quia tamen discretè deducitur,
certum videri.

EPISTOLA XXX. IOAN- nis Archiepiscopi Gnesnensis.

In qua respondet ad dubium quæ-
stionis motæ in fine præceden-
tis Epistolæ.

NESCIS quod mors & vita est in
manibus linguæ. Nec enim ignoras,
aut geminum Ermetis colubrum, aut so-
mniferum Mercurij caduceum. Nam qui am-
bigua causarum facta dirimunt, lapsa erigunt,
fatigata reparant: non minus prouident hu-
mano generi, quam si prælijs ac vulneribus
patriam parentesq; saluarent. Vnde Impe-
rator: Restituendæ, inquit, sunt clarissimis
eloquentiæ luminibus sexaginta auri libræ.
Nam omnibus reddetur, quod pro voto om-
nium priuatis indulgetur. Quis autem e-
go, aut quando in bicipiti saltem somniaui
Parnaso,

Parnasso, vllam iuris scintillam vt iudicialem à me calculum exigere debeas. Cum ipsis iudicibus magis quam partibus terribile sit iudicium. Si litigatores quidem sub hominibus, ipsi autem Deo inspectore adhibito causas proferunt trutinandas, scituri quod non magis alios iudicant, quam ipsi iudicantur; facile tamen ex vtrinèq; allegatis definitiua elicetur sententia. Si ex vtroq; latere nihil ex contingentibus fuerit omisum. Constat quidem, neminem condemnari posse suspiciosi arbitrio, nisi valida sit, nec elidi possit. Constat casum improuisum præstari non debere. Nam tutoribus siue curatoribus casus fortuitos, aduersus quos caueri non potuit, imputari non oportet; nec esse infamem ob carcerem & vincula, seu ob patris molestiã. Ea verò quæ pater testamento, filios increpans scripsit, infames quidem filios iure non faciunt, sed apud bonos & graues, opinionem eius qui patri displicuit, onerant, lex tamen de re militari hanc litem decidit: Miles inquit sine licentia Magistratus etiam siue bene gesserit, puniendus est, presertim cum iste dolum & culpam præstare non possit, quia à procuratore dolum, & omnem culpam præstari de-

Q

stari de-

stari debere, iuris declarat authoritas. Minime ergo quis miretur, si torrens Sbignei succumbit facundia, cui iudicij tristitia cum pœnæ intimatione occurrit, quia Medicus non semper sanabit, nec orator semper persuadebit, sed si nihil ex contingentibus omisit, sufficiens diceretur habere propositum. Hæc autem dixerim sine melioris præiudicio sententiæ.

COMMENTARIUS.

CIRCA litteram notandum. Iupiter plures habuit filios priuignos Iunonis. Ius no autem nullum dilexit nisi Mercurium, quem & proprijs vberibus lactauit. Hic Mercurius fuit filius Maiaæ concubinæ Iouis, tandem medicinæ expertissimus. Hic habuit virgam nomine Caduceum, cum qua animas ab inferis educebat, & contra reducebat, & cum eadem somnum fugabat, & iterum dabat. Cum eadem virga discordiam, eadem faciebat in pacem & somnum, inde caduceator legatus pacis inter aliquos.

Secundo notandum secundum Parsiũ.
Parnassus est mons, in quo fons Caballinus, qui mons

qui mons etiam dicitur Helicon, habens duo capita seu promantoria, in quibus habitabant duo dii, scilicet Apollo & Bacchus, qui Poë-
tis præsidebant. Iuxta ergo illum fontem
Caballinum, in monte Parnasso seu Helico-
nis Musæ habitabant, quæ scientias Poë-
tis ministrabant, si de illo fonte
biberint.

EPISTOLA XXXI. MATHÆI Episcopi Cracouensis.

De sententia Procerum promulgata aduersus Sbigneum.

SA N E hoc ipsum censuræ Magistratus
splacuisse, ipsa rei euidencia, & iudicati e-
xecutio demonstrat. Nam ciuium ille ho-
stis, atrocissimus, ciuis Reipub. inutilis, Cra-
sana plectitur sententia, perpetuo proscribi-
tur exilio. Non enim hæres esse debuit filius
ancillæ cum filio liberæ, quia sic filij quoq;
Galaad, quos ex legitima suscepit; Dixe-
runt ad Iephthe; Hæres in domo patris no-
stri non eris, quia ex adultera natus es, & e-
iecerant

iecerant eum licet meritorum excellentiâ
polleret.

COMMENTARIUS.

CIRCA literam notandum, de hoc
quod dicit textus, Cræsana plectitur
sententia. Venerabilis Boetij, 2. de Con.
par. 2. meminit dicens: Nesciebas Cræsum
Regem Lydorum, Cyro Regi paulò ante
formidabilem, mox deinde miserandi rogi
flammis traditum, misso cælitus imbre de-
fensum, vbi talis tangitur historia. Cum
Cræsus Rex Lydorum esset pugnaturus con-
tra Regem Persarum Cyrum, ipse consulit
Apolinem de successu pugnæ, qui respon-
dit, cum hoc versiculo Regi Cræso, Cræsus
perdet Alim, transgressus plurima regna. Alim
autem est quidam fluuius. Quem versiculum
Cræsus sic intellexit. Quod Cræsus trans-
gressus Alim, fluuiû perdet, destruet plurima
regna ipsius Cyri. Apollo sic intellexit &
Cræsus transgressus Alim amitter plurima re-
gna sua, & hoc contigit. Nam ipse trans-
gressus Alim, victus est à Cyro & in ignem
positus, sed tanta inundatio pluuiæ facta fuit
it, quod ignis fuit extinctus & euasit, de
qua multum

quo multum gloriabatur: Dixit filia sua nomine Iaua. O pater, expecta vltimum diem, ante quã nõ est gaudendũ. Quadã autem vice vidit Cræsus in somnio, quod esset super arboram arborem Iupiter, cum rigabat, & Phæbus siccabat, quod somnium dum retulisset filiæ suæ, illa respõdit. Capiens à Cyro Rege, & suspensum ibi Iupiter, id est, pluyia te rigabit, & Phæbus, id est, sol te siccabit, quod & contigit.

EPISTOLA XXXII. IOANNIS Archiepiscopi Gnesnensis,

Super materia præcedentis Epistolæ.

CVIVS illegitima propagatio huic minime obesse potuit, si alias ad melioris vitæ frugem, accommodatiore opera studisset, vt idem Iephthæ ob insignitum gratiæ studia, iudex esse meruit in Israel. Ierò quoque ex ancilla natus, quasi dehonestamentum generis à patre exponitur, sed humanæ opis, egentem apes, congesto circa iacentem melle, multis diebus aluerunt, huic aruspices regnum

Q 3

portendi

portendi canebant. Ideoq; pater paruulum, cum spe Regni instituit : huic adolescenti primo tyrocinio aquila in Clypeo, noctua in hasta confedit, quorum altero Regia celsitudo, reliquo generis humilitas figurata est. Sbigneo ergo non tam natalium suspicio, quam flagitiorum obfuere piacula: nec enim foueri debet in plantario carduus, ne dum aspis in gremio.

COMMENTARIUS.

IN EA Epistola duo facit. Primo destruit rationem Domini Mathæi, quem assignat & exemplo probat super hæreditatione, videlicet quod Sbigneus meritò fuit exhæreditatus, quia fuit Spurius, vt quod illa causa non est sufficiens. Secundo idem confirmando adducit exemplum de Ierone, de quo etiam scribit Polieratus lib. 1. Cap. 13. Iero summus postea Siciliae fuit Magistratus, quod virtute promeruerit à patre nobilissimo viro expositus, eo quod de ancilla susceptus, dehonestamentum generis videbatur, & quasi probrosa clari sanguinis macula, sed paruulum & indigentem opis humanæ, apes

nae, apes circa eum melle congesto plurimis
 aluere diebus, & sic consilio aruspicum ei
 Regnum portendi canentium, à patre agnitus
 recollectus, & diligenter institutus est.

Cum igitur quis vixerit virtuose, quan-
 quam genitus fuerit spuriosè, non contrahit
 infamiam. Verbi gratia. & Alexander Ma-
 cedo spurius fuit, & tamen Rex eximius
 extitit. Constantinus ex Concubina ge-
 nitus fuit, & tamen præelectus fratri-
 bus ad imperium venit. Similiter Per-
 ses Macedo, Iugurtha Magni Reges
 extiterunt, quanquam speciose
 nati non fuerunt.



VINCENTII KADLVBEEK

De gestis Polonorum.

Liber III.

EPISTOLA I. MATHÆI
Episcopi Cracouiensis.

De imperfectione naturæ humanæ.

QUIA igitur nemo nisi sapiens sibi displicere potest, cum & simiæ suæ non intormis videatur deformitas. Vereor ne plus isto nobismet placere studeamus, timeo ne nimis ad inuicem assentemur, ne dum ineptè nobis arfideremus, ineptior in nos displicendi subsannet occasio, & etenim adulatione fatuitas, conditione fouetur prudentia, amica tamen & discretâ fit increpatio, quæ nunc errata piè corrigat, nunc increpando ignoscat, non præceps oblatret & impudica mordacitas: quæ nodum quærat in scirpo, & fissuram in integro, quando potius
tam suæ,

tam suæ, quam nostræ humanitatis inemine-
rim. Nihilq; in humana esse circumspectio-
ne perfectum. Vnde quotiens Zeuxis, præ-
stantissimam voluit hominis exprimere natu-
ram, tot semicirculis inclusit, quot defectibus
laborare intellexit, Qui semicirculorum cau-
sam interrogatus, respondit. Quia in ho-
mine ipsa imperfectione, nihil est perfectius.
Callistenes quoq; quærente discipulo, quan-
tò tempore perfectionem disciplinæ assequi
possit, dat illi in dextram mirteum virgulam,
& sinistram laminam vitream, quæ semper
ipse in quendam typum gestare consueuerat,
& ait: Cum hæc lamina scopulis allisa, con-
crustari non poterit, tum hoc mirteum sua
proceritate aplanon attigerit, tunc demum
perfectionem spera. Interim perfectus es-
ris, si te hic perfectum esse non posse
cognoueris.

COMMENTARIUS.

IN HOC Tertio libro, describuntur
laudes Boleslai Regis, & suorum filiorum,
videlicet Wladislai & Boleslai successorum.
Et diuiditur in tot partes, quot in eo ponun-
tur Epi-

tur. Epistolæ, quarum primæ duæ sunt Pro-
ximiales. Prima Matthæi Episcopi Craco-
uiensis, secunda verò Ioannis Archiepiscopi
Gnesnensis.

Circa literam primæ Epistolæ aduer-
tendum secundum Tullium, de fine Bono-
rum & Malorum, lib. 5. Omne animal di-
ligit seipsum. Vnde dicit Seneca de Benefi-
cijs lib. 2. Dabo egenti, non vt ipse egeam,
succurram perituro, non vt ipse peream. Vn-
de & homines magis diligunt opera propria,
quam aliena, secundum Philosophũ 4. Ethic.
Et exinde venit, quod homo opera propria
magis bona extollit, super opera aliena,
multo magis bona propria, propter quod
homo sui ipsius malus est iudex, quia cui-
lus non videt se ipsum. Ideò & simia vi-
detur sibi pulchra, & qui libet homo sibi ipsi
displicet, nisi homo sapiens defectus suos per-
pendens, sibi displicat, & Deo placet.

Secundo notandum, Correctio frater-
na debet esse discreta, affabiliis, & pia. Inde
Seneca in libro de Ira; Corrigendus est in-
quit, qui peccat, & admonitione, & vi, &
moliter, & asperè, meliorq; tam sibi, quam
alijs faciendus, non sine castigatione, sed
sine ira. Tertio

Tertio aduertendum est. Quamuis omnia animalia certos habeant defectus, homo autem non certos, sed infinitos defectus patitur, quod Deus sibi constituit, vt se humiliet, ad quam humilitatem peruenit, cum se imperfectum, & defectibus plenum cognouerit, vt dicit Anselmus in libro de similitudinibus. Et tunc perfectus erit.

P R O Æ M I A L I S.

EPISTOLA II. IOANNIS
Archiepiscopi Gnesnensis.

Præcedentis Epistolæ expressa corroborans.

ASSENTIOR, nam in meis exiguis licet viribus, aliorum vires experior, qui sub his quos proferre cogor, clientellis & sudore totus effluo, & anhelus totus succubo, hostri tamen dimidiatrix oneris, tua societas sudorem siccat, robur suggerit, ac transmeandi auget fiduciam.



COM-

COMMENTARIUS.

IN HAC Epistola mutram & beneuolam, seu placentem ipsis dictationem præbent de se, alijs derogando occasionem. Ex eo quia pro suis scriptis licet exiguis, & ab alijs receptis gestis Domino Matthæo accommodis, Dominus Matthæus ascribit Domino Ioanni laboris dimidiū, animando ipsum ad continuandum, & amplius prosequendū.

EPISTOLA III. MATHÆI Episcopi Cracouiensis.

In qua describit virtutes & gesta Regis Boleslai, post exulationem fratris sui Sbignei.

IGITUR peste seditionis excussa, hoste patriæ profligato, serenissimum Boleslai sydus, rutilantiores virtutum radios expandit. Peramplissimis enim Pomeranorum municipijs his adactis, illis vltro sese dedentibus: Albentes resistere contendunt, quos
vibi fa-

vrbi famosissimæ , quæ est Pomeraniæ cen-
 trum , inclusos obsidione cingit , & obsessis
 duo scuta ostentans, vnum album , rubrum
 alterum ; Vtrumlibet , inquit , eligitis ? Ac
 illi Album , quia hoc in se pacis blanditur
 candorem , illud terribile cruoris minatur
 asperginem, cuius ille sanè. Si ergo Albam
 vultis esse albam , deditioe candidetur. Sin
 autem nouum illi nomen inscribet cruor, nõ
 alba sed cruenta nuncupabitur. pettinatio-
 re illi, respondent, contumacia imò & alba ,
 & cruenta vocetur, vt albam prædicet nostræ
 successus victoriæ , cruentum vero tuorum
 præconetur occidio. Ad hæc Boleslaus Pa-
 pe Proceres audent isti, Plagioxipi etiam pro-
 bris contendere : rideo , quod talpa lincem ,
 quod limax tygridem, quod aquilam in con-
 flictum prouocat scarabeus , sed armis viri,
 non verbis opere opus est, non querela, pro-
 inde ante omnes euolat vallum aggeris , im-
 petu transilit præcipiti. Inauditam audi vi-
 ri audaciam , non hostium multitudo, nõ
 tantus armorum fragor, non vis telorum ter-
 ret illum, non Saxorum moles obterit , pri-
 mus valuarum posticum perfringit , primus
 urbem ingreditur , tot millium cohortes has
 cedit, ille

cædit, illas cessim diffugere cogit, omnes deniq; velut quodam terrore maiestatis perculsi, armis abiectis proni procidunt, non sibi, sed paruulis ignosci postulant, illorum non suam necem deprecantur. Aiunt sese crucibus magis, quam venia dignissimos. Cumq; nec ætati esse indulgendum, nec sexui præcipuorum iuberet, sententia tamen indulgentissima, tamen Principis clementissima omnibus parcit, omnibus ignoscit. Iustiore enim esse, censuit piam humanitatis indulgentiam, quàm districtam iustitiæ ultionem, quæ res non modicum illi etiam apud hostes fauorẽ peperit. Sua etenim spontè, tam Cholbregensium, quam aliæ maritimorũ Prouinciæ, & cuncti prouinciarum præsides, non ceruicosè vt quondam, sed obnixis occurrunt ceruicibus, & illius sese obsequelæ humillimè prosternunt.

COMMENTARIVS.

P R I M O describit triumphos, aduersus Pomeranos obtentos. Secundo, subiungit Boleslai clementiam, post victoriam Pomeranis exhibitam, qua visa singuli humiliter se subdiderunt suæ ditioni. Circa

Circa secundam est aduertendum. Nullam rem magis Regi aut Principi, quàm clementiam esse necessariam. Et de hoc exemplum ponit Seneca, lib. 1. De clementia, Rex apud sine aculeo est, voluit enim cum natura, nec sauum esse, nec vltionem petere, telumq; detraxit, & iram eius inermem reliquit. Et merito, Thronus enim Regis roboratur clementia. Prou. 2. Misericordia & veritas custodiunt Regem, & roboratur clementia thronus eius. Vnde & ex Regis clementia, plura bona possunt prodire, quam ex eius iustitia, vt inquit Philippus de Pargamo parte 2. cap. 8. Quod aduertens Rex Boleslaus superatis, maluit eis clementer parcere, quam in eos rigorem iusticiæ exercere, quam clementiam alij martiri dum cognouerunt, seipsos Boleslao humillimè, subdiderunt. Similiter refert Philippus de Pargamo, parte 7. præc. 5. Quomodo quidam Rex, cum quandam ciuitatem obsederat, & eam expugnare non posset, cogitauit se saltem ipsam posse habere clementia & pietate. Fecit ergo machinas eleuari, & intus pomum aureum satis ponderosum poni, & in ciuitatem proiici. In cuius suprema superficie erat scriptum:

Datus

Detur amico Regis. Sed nemo id ausus fuit eleuare timens, ne haberetur suspectus de traditione. Fecit igitur Rex pronci, & secundum pomum & tertium, & quartum, quousque ciues clementiam & beneficentiam agnoscunt, ianuas ciuitatis aperiunt, & ipsum in Regem suum susceperunt.

Secundo notandum, secundum Egidiū, lib. de Regimine Principum, parte 3. Cap. 13. Dupliciter pugna in bello comittitur, scilicet cæsim & punctim. Cæsim fit, cum brachiorum extensione, vt percutiendo cum gladio. Punctim autem fit cum brachiorum extrusione, vt cum hasta vel telo. Modus autem pugnandi punctim melior est, quam modus pugnandi cæsim propter quinque rationes, scilicet exhibitione armorum, ex resistentia ossium, ex prouidentia vulnerum, ex fatigatione membrorum, & ex retractione percussentium,

Tertio notandum. Melior est pietas & clementia, quam ultio iustitiæ. Vnde Franciscus lib. 1. Cap. 39. Multos inquit clementia honestauit, ultio nullum. Et nihil tam necessarium inter mortales, nihil tam gratū quam venia. Nemo est enim qui non peccat, nemo

cat, nemo cui non misericordia opus sit ;
 quā negata, quis tam multos criminum
 & culpārū exterminabit modos ?

EPISTOLA III. IOANNIS Archiepiscopi Gnesnensis,

In qua Regis Boleslai veram iustiti-
 am virtualiter commendat.

NEMO tamen misericors, nisi iustus ;
 nemo iustus, nisi misericors. Nam
 iustitia sine misericordia crudelitas, & misero-
 cordia sine iustitia fatuitas est. Miribus
 est mitis, capris leo, tygribus asper. Sed
 permira huius Leonis animositas, qui leo-
 nes ipsos non modo capreas, sed in meticu-
 losos vertit lepusculos, non secus ac Ale-
 xander, qui Ambrorum & Sicambrorum,
 octuaginta millia peditū, & sexaginta mil-
 lia equitum confecit, qui vrbis murum pri-
 mus conscendit, & vacuam æstimans, solus
 insilit, hostibus ambitur, solus contra tot
 millia præliatur, dictu incredibile, vt solus
 tot legionum turmas ceciderit, & fugauerit, Hic

R

rit, Hic

fit. Hic ubi se obrui multitudine videt, trun-
to propè murum statim se applicat; Cuius
præsidi rectus, tam diu turmas irruen-
tes sustinuit, donec periculo cognito ami-
ci ad eum desiliunt. Tandem muris deie-
ctis omnis exercitus subuenit, tunc sagitta
sub mamma traiectus, cum sanguinis flexu
deficeret, genu flexo, tam diu præliatus est,
donec vulneris authorem occidit: & quã-
tò vincendis asperior, tantò victis
fuit clementior.

COMMENTARIUS.

CIRCA literam est aduertendum se-
cundum Senecam libro 2. de clemen-
tia. Misericordia est ægritudo animi, ob a-
lienarum miseriarum speciem, seu tristitia de ali-
enis malis. Veritas enim secundum rigorem
procedit, sed misericordia hunc rigorem se-
orsum mittit, remunerans supra meritum, vel
puniens contra condignum. Hæc Regibus
& Principibus, maximè est necessaria. Iux-
ta illud Cassiodori libro 2. Epist. 9. Be-
nigni quippè Principis est, ad clementiæ
commodum transilire terminos æquitatum,
quoniam

quoniam sola est misericordia, Cui omnes virtutes honorabiliter cedere non recusant. Vnde ipsa temperat iustitiam, quoniam secundum Senecam inde formula vitæ: Cum inimicum tuum habueris in tua potestate, vindictam puta vindicare posse. Scito enim, magnum genus esse vindictæ, ignoscere: per hoc enim, amicos multos sibi conciliant Reges & Principes, & inimicos ad conciliationem aduocant. Vnde refert Seneca lib. i. De clementia. De quodam, qui singulis diebus laborauit, qualiter vindictam de suo hoste habere possit, cum ipsum vincere non valuit, à sua vxore concilium petiit. Quæ respondit. Fac more Medicorum, qui dum vident, quod vna medela non proficit, contrarium tribuunt: sic tu cum potentia tentasti, & hucusq; nihil perfecisti, tenta ergo cū clementia, forte perficies: quod & fecit, & amicum sibi fidelissimum obtinuit. Si verò de reconciliatione spes non habetur, tunc malitia hominum per misericordiam non releuetur, ne ex prætextu clementiæ delictorum impuritas augeatur. Quia secundum Ambrosium facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi.

R 2

EPISTOLÆ

EPISTOLA V. MATHÆI
Episcopi Cracouiensis,

De amplioribus Boleslai victorijs & triumphis, nec non actibus bellicis, quos occasione amicitia Regis Vngariæ Colomani vulgariter nuncupati exercuit.

IMPERATOR interea quintus Henricus Vngariam ingreditur, cuius copijs Rex Vngariæ Colomannus se longè videns disparem, Boleslai poscit fulciri subsidio, hacce delegata Epistola, Inuictissimo Polonorum ac Maritimorum Monarchæ Boleslao, Colomannus Vngarorum Rex. Quicquid amicitiosorum intimo, ratio suadet, honestas postulat, vt communi conuenienter succuratur incendio. Nam tua res agitur, paries dū proximus ardet. Nec ob aliud Lemmanorum locustæ vsq; ad nos irreplere, quoniam vt nostris, quod absit, depastis vineis vestris, facilius insileant oliuetis. Quia ergo res experta experimentis non indiget, non in nobis
amicitiam

amicitiam, sed amicitiae vires in hostibus nos
 conuenit experiri. Etenim nocte scintillat, no-
 cte radiat, verus amicitiae carbunculus. Tum
 Boleslaus: In mentem inquit, veniunt illi fa-
 miliares Pythagoræ, qui moriendi pro inui-
 cem pro contendere certamine. Quorum
 dum neuter sibi parcat pro altero, parcatur v-
 trisq;. Pragitarum ergo vrbes aggreditur,
 prosternit, populatur, à quorum & admini-
 culis, & studio, præssa intellexit in Vngaros
 conflare: sic ab amico in se hostem distor-
 quet, vias occupat, redeuntes præstolatur in-
 trepide, configit, victoriosè triumphat. Por-
 rò liuor inuidiæ, tantam Boleslai gloriam,
 tanti splendorem triumphi, non ferens disco-
 loribus famam, decolorat plummis falsis in-
 briat rumorculis, quæ per maritimam dissul-
 cans, Polonos mentitur cecidisse, & hostium
 vinculis Boleslaum coniectum. Huius figmē-
 ti, & author, & Magister fuit Gnieuomir,
 cui plurimum facundiæ, nihil inerat fidei.
 Cuius vitæ Boleslaus, in Albensium occidi-
 one pepercit, quem de sacro fonte suscepit,
 honoribus extulit, suffulsit opibus, Maritimæ
 præsidem constituit, Iste inquam huius com-
 menti dolo, Pomeranis defectionem persuasit,

& Præfules Boleslai ab omnibus præfidijs & municipijs excussit.

COMMENTARIUS.

HVIVS Epistolæ tres partes. In prima refert supplicationē Colomanni Regis Vngariæ, porrectam Boleslao Regi Poloniae, pro subsidio sibi debendo, in qua petit se, à potentia Imperatoris Henrici Quarti, protegi, ac defensari, cui ipse solus propter inæqualitatem resistere non valuit.

In secunda, Boleslai certamina ac victorias subiungit, quas Boleslaus primo aduersus Bohemos, qui causa seditionis inter Vngaros, & Imperatorem fuerunt: deinde contra Lemanos, vna cum Imperatore Henrico Quarto.

Tertio describit Gnieuomiri Præsidis, Pomeraniæ perfidiam, ac ipsius maximam magnitudinem, qui ductus liuore inuidiæ, Boleslaum vna cum suis Polonis diffamauit, Polonos enim cecidisse, & Boleslaum vinculis coniectum ab hostibus, per totam Pomeraniam passim promulgauit, ac Capiraneos Boleslai Maritimos, à Castris, & Ciuitatibus destruxit, & expulit, omnibus ab obedientia Boleslai re-

Iesai reuocatis, & hoc pro beneficijs Boleslao retribuit, qui sibi in occisione Albensium indulsit, de sacro fonte baptismatis illum leuauit, & maritimæ prouinciæ, Capitaneum Generale constituit,

Circa primam notandū secundum Philosophum. Amicitia est mutua beneuolentia, Et habet tres effectus, seu operationes, scilicet, Concordiam, Beneuolentiam, & Beneficentiam. Amici enim inter se sunt concordēs, beneuoli & benefici. Concordia consistit in morum assimilatione. Beneuolentia in voluntatum vnione: Beneficentia in bonorum condonatione. Vnde secundum Philippum de Pargamo, in Speculo Regiminis, parte 4. Cap. 17. Amicitia est morum assimiliatiua, voluntatum vnitiua, & bonorum communitatiua. Primo inquam, amicitia est morum assimiliatiua, iuxta illud Senecæ ad Luciliū, Epistola 9. Quomodo, inquit, amicus esto sit securus, paria inquit faciamus. Et subdit: Ego tibi monstrabo amatorium, hoc medicamento sine herba; Si vis amari, ama: verus enim amor assimilat amantem amato. Vnde Hugo de S. Victore. Scito, inquit, anima mea, quod quicquid diligis, in eius similitudinem

litudinem transformaris. Ideò quidam interrogatus, quid esset verus amicus. Respondit: Alter ego. Et idem dicit Seneca in libro de moribus. Vnde Tullius in Rhetoricis, Amicitia, inquit, est voluntas, paritatem semper prætendens. Secundo, Amicitia est voluntatum vnitiua. Amicorum enim est idem velle, idem nolle. Vnde Tullius lib. de Amicitia: Cum inquit, amicus amico cor suum præbet, ea vis est amicitia, vt vnus quasi fiat animus ex pluribus. In amicitia igitur debet esse communicatio cordium. Tertio est amicitia bonorum comunicatiua: Veri enim amici, cuncta ad inuicem communicant. Ideò cum Socrati diceretur, de quodam paupere, qui cuidam diuiri amicus erat: Cur ille diues, iste pauper? Respondit, Amicus non est, quia fortunæ particeps non est. Vnde Valer. Maximus lib. 4. Cap. 7. Sincere, inquit, fidei amici præcipue in aduersis rebus cognoscuntur, in quibus quicquid præstatur tutum, à constanti beneuolentia proficiscitur.

Circa secundum est aduertendum. Fulgentius ostendens verū amicum, describit ipsum ad modum iuuenis, nudatum, caput habentis in fronte scriptum, hyems & æstas circa cor, longè &

longè & propè, in vestimentorum fimbrijs,
 mors & vita, & fortuna, iuuenis denotat,
 quod verus amicus nunquam mutatur, sed
 semper permanet. Caput discoopertum, quod
 verus amicus palliare nequit; hyems & æstas
 circa cor designat, quod verus amor in
 aduersitate & prosperitate perseverat,
 & diuelli non potest.

EPISTOLA VI. IOANNIS Archiepiscopi Gnesnensis,

In qua inuehit contra perfidiam, & in-
 gratitudinem Gnieuomiri, pro be-
 neficijs, à Boleslao sibi exhibitis.

VERE sapientis verbum, positis iuxta se
 contrarijs, & maiora, & minora esse per-
 spicua. Quantum enim distat Ortus ab Oc-
 cidente, quantum lux à tenebris, tantum iste
 à familiaribus Pythagoræ. Nam vt infideli-
 tatis notam in huiusmodi homine, nemo nota-
 uerit, cum talium fides sit ipsa perfidia, saltem
 ingratitude debuit periculum horruisse, quia
 ingratitude nihil ingratius, quæ etiam emâ-

R 5

cipatos

cipatos remancipat, potuit paternæ traditionis meminisse, accepti beneficij non esse immemor.

COMMENTARIUS.

PERFIDIA ipsius Gnieuomir in eo claret, quia terram Pomeraniæ, quam sibi fidenter ad regendum commendat Boleslaus, ab obedientia sua, per sua mendacia conficta reuocauit. Ingratitudo verò eius in eo ostenditur, quia beneficia à Boleslao recepta, nedum negauit, vel dissimulauit, sed non reddidit, imò sibi multa mala intulit, quia ipsum diffamauit, & gentem maritimam à sua obedientia reuocauit. Pro quo est aduertendum secundum Philippum de Pargamo, parte 5. præc. 5. Inter cetera quæ sunt Deo & hominibus gratiosa, seu quæ hominem reddunt Deo, & hominibus gratiosum, & acceptum, est gratitudo, ad quam gratitudinem inducit hominem quauis creatura. Nam constat, quod mundus propter hominem est factus, & sibi seruit cum omnibus suis partibus. Homini enim seruiunt omnia quatuor elementa ministrantia, sibi abundè vitæ necessaria. Seruiunt sibi

Nunt sibi omnes motus cæli, motus Solis,
 Ortus, & Occasus, sed pròh dolor, homo
 de his beneficijs est ingratus, immò cæteris
 animalibus est ingrator, & Deo, & homini-
 bus, meritò inde odiosior. Animalia enim,
 bruta recognoscunt beneficia, vt refert Phi-
 lippus de Pargamo, parte 5. præc. 5. de gene-
 tia. Quondam bestia crudelissima, vt quæ-
 dam narrat Historia, olim in quadam spe-
 lunca, iuxta S. Macharium habitabat, quæ-
 dum cæcos filios peperisset, eos ad Sanctum
 virum adducens, rogabat signo quo poterat,
 vt lumen filijs daret, quod Sanctus vir ad-
 uertens filios, cruce signauit, & eos ad lumē
 adduxit. At illa cum filijs ad speluncam re-
 dijt, beneficiorum ingrata non fuit, sed ad
 memoriā ea reuocans, omnes pelles ouium,
 quas ei dudum asportauerat, ad Sanctum virū
 attulit, & eos omnes ad pedes dimisit, dam-
 na amplius non fecit. De secundo legitur in
 Historia de septem Philosophis. Quomodo
 quidam miles habebat quendam leporarium,
 eo tempore fiebat quidam ludus Romæ, ad
 quem omnes Romani currebant. Fuit autem
 ad eundem miles prædictus, & vxor sua ascē-
 dit super tectum, videre talem ludum, dimisso
 leporarij

leporario in domo, & puero. Exiuit autem de crepatura muri, ubi puer erat, serpens terribilis cupiens deuorare puerum, canis hoc videns, serpenti se opposuit, & prælium cum eo, & volutationes multas in camera fecit, ita quod cuna se euertit, & cadens puer, sub ea coopertus, illæsus permansit, post multa verò certamina, canis serpentem occidit, quamuis veneficatus ac satis vulneratus: rediens Dominus, & videns canem sanguinolentum, credidit quod ipse puerum suum comedisset, & sic eum occidit, postmodum ad cunam iuit, & ipsa eleuata, filium suum sanum inuenit, respiciensq; in camera, vidit serpentem mortuum, & cogitauit, quod canis interfecerat serpentem, qui volebat deuorare puerum, Dominus item de interfectione, canis multū doluit, quia amicum magnum perdidit. Ex his patet, quod iste Gnieuomir, ingrator ac deterior, canibus ac bestijs fuit.

EPISTOLA VII. MATHÆI Episcopi Cracouiensis.

In qua ostendit, quid Gnieuomirus pro sua ingratitude ac perfidia, à Boleslao reportauit.

Meminis

MEMINIT quidem sed sero, sed co-
 actus. Per amplissimis enim rursus in-
 stauratis copijs Boleslaus, non circa inutiles
 prædociniorum occupatur sarcinulas, sed in-
 accessibiles maritimorum vrbes has occupat,
 illas euertit, plurimum tamen dispendij circa
 Wielun oppidum impendit, in quo ille Gnie-
 uomir, quia de venia desperauerat, plus cæ-
 teris resistit. Cumq; illi ipes indulgentiæ, si
 dedere sese velit promittitur. Maior est, in-
 quir, iniquitas mea, quam vt veniam mereri
 possim, & satius esse mortis iugum, quam
 seruitutis gloriolamq; vitam exponi vulneri-
 bus, quam dedi supplicijs. quanto ergo perti-
 narius obstitit, tanto crudeliores in se animos
 ac vires prouocat, tanto crebrioribus illiditur
 assultibus, qui tandem improbè deditioni sub-
 actus, fuste capitalem excipit sententiam,
 alij omnes in ore gladij absorbentur.

COMMENTARIVS.

GNIEVOMIRVS in oppido Wie-
 lush, Maritimæ Prouinciæ obiectus ex-
 pugnat, & tandem captus, viher baculo
 pro suis demeritis, perfidiæ detractionis, &
 ingrati-

ingratitude, est decolatus, omnesq; complures sui perierunt in ore gladij.

Pro quo est notandum, Gneiuomiti superbia, per quam lapsus fuit, in ingratitude facile colligitur, ex litera Historiæ. Dabatur enim sibi gratia & venia, si se humiliare ac subijcere voluisset, ipse verò gratiã renuens, in desperationem recidit. Maluit mori, quàm viuere. Ideo superbuit: Dicit enim Gregorius 23, Moralium. Cæteris despectis singularem apparere, & superbire, merito ergo vili morte interijt.

EPISTOLA VIII. IOAN- nis Archiepiscopi Gnesnensis.

In qua commendat fortitudinem, & animositatem Regis Boleslai, & ad fidem Catholicam Pomeranos reducit.

LAUDO animositatem, truculentiam non laudò, nisi forte Zelo iustitiæ factum sit, non odij animo, vel typo superbiæ. Non est ex officio hominem interficere, nec est reus homicidij

homicidn miles, qui potestati obediens hominem occidit. Laudatur Phinces, qui cum Madianidæ confodit hebeum, & Mathathias idolatram, & Moyses cum Leuitis, per medium castrorum transiens, manū consecrabit in sanguine propinquiorum, imò quandoq; peccatum videtur non occidere, vt quia Saul victis Philisteis, Agab Regi pepercerat, ait Dominus ad Samuelem: Pænitet me fecisse Saul Regem. Sed fortè in Saule, non indulgentia Domino displicuit, quam præceptionis diuinæ transgressio. Vnde à Samuele illi dictum est. Peccasti: Nescis quia genus ariolandi est nolle obedire; Verum non hæc nobis ad consequentiã trahendum, quia privilegia paucorum generalem legem non faciunt.

COMMENTARIUS.

CIRCA literam est aduertendum. Primo, quod fortitudo est virtus laudabilis. Vnde Iacobus in Zophilaris, libro 1. parte 3. cap. 14. Fortitudo, inquit, est virtus, qua cæteræ virtutes solidantur, roborantur, & moderantur, sine qua virtutes cæteræ nullæ sunt.

sunt. Vnde dicit ibidem. Omnes virtutes sine virtute sunt, si fortitudo comes non fuerit. Secundo habetur ex litera, quod crudelitas est vituperabilis, nisi fuerit amore iustitiæ. Tertio aduertendum secundum Policratum, lib. 1. cap. 12. Arioli sunt, qui circa aras nefarias preces, aut execrata sacrificia faciunt. In quorum ceruicibus est manus Domini, dicente Propheta. Ariolos & vagos, non patiamini viuere.

EPISTOLA IX. MATHÆI Episcopi Cracouiensis.

De virtutibus & laudibus, Venerabilium Pontificum, Alexandri & Simonis, totius Mazouiensis Prouinciæ.

HIC nimirum domus Domini, Zelus aureo inscribendus calamo, Simeonem & Alexandrum Plocensium, Antistites armauerat, qui utrosque hostes peruigili solertia, studiosissimè ab arce Dominica, arcere satagebant. Sicut enim nec minimum loci, vel temporis pun-

poris punctum, ab inuisibilibus tutum est in-
 fidijs, sic Mazouienſibus viſibilibus nunquam
 defuit hoſtium incurſus. Nunc Pruffis, nunc
 Pomeranis, nunc vtriſq; hinc apertè, illinc
 ſubdolè irrepentibus, quod non modicum il-
 lis, non modo animoſitatis, ſed & indiſtriæ
 ſuggerit promptitudinem, vſus enim reddit
 Magiſtratum, & ferrum non tam hebes, quàm
 etiam Scabroſum ſine aſſiduitate exercendi
 efficitur. Ideoq; Mazouiam, & conſilijs eſſe
 ſtrenuiſſimam, & vernantiſſima militiæ flo-
 rere Maieſtate. Inter quos Alexandrum ſum-
 ma dignum admiratione duco, qui tam di-
 uerſis ac ſummis rebus ſufficere potuerit. Nã
 noſtri, ecce Gygantes geniti ſub aquis, &
 qui habitant cum eis. Res mira, idem Agnus
 & Leo, idem lupus & dux gregis, idem Præ-
 ſul & Miles, ſimul armatus & deuotus, vt in-
 ter iuges armorum excubias, nihil quod ſu-
 um eſt deuotionis neglexerit, Ambroſianæ
 non immemor ſententiæ: Arma Epilcopi
 lachrymæ ſunt & orationes. Magnus in præ-
 lijs Alexander, in diuinis maior obſequijs.
 Nam vt extructas ab eo Baſilicas, cuiuslibet
 inuidia ſilentio ſepeliat, ſub modio tamen
 lucerna abſcondi non poteſt, nedum Ciui-

S

tas ſuper

tas super montem sita. Indeuotus enim quo pacto æstimabitur? qui tam conspicuum Beatae Mariæ Virginis templum à primis initiat fundamentis & consumat, cum pater Salomonis ne templum ædificet, à Domino prohibetur. Res ergo ipsa declarat, quã dilecta illi fuerant tabernacula Domini virtutum, ipsa operis elegantia, formæ festiuitas, dulcissimo illum cordis palato indefinenter ostendit masticaſſe. Domine dilexi decorẽ domus tuæ. Quam non tantum in trinfecis ac ſpiritualibus locupletauit ſtudijs, ſed etiam armis communiuit materialibus, neceſſarijs vndiq; ſeptam præſidijs, vt lectulum Salomonis, & ſexaginta ex fortiffimis filiorum Iſrael intrinſecus, & trecenti ex electiffimis loricatorum, extrinſecus cuſtodirent, vt verè dici poſſit. Pulchra es & decora filia Hieruſalem, terribilis vt caſtrorum acies ordinata. Contigit autem Boeſſao, & vniuerſæ penè militiae, procul agentibus cruentiffimæ prædationis impetu, Mazouiam Pomeranos irumpere, qui tota pene populata Prouincia, luſtuofas ſurripiunt ſarcinas, lamentabiles abiſunt manubias. Concurrunt Mazouienſium perpauculi, conſequentur, ſtat hoſtis arena

maris nu-

maris numerosior. Nam congressum paucitas non præsumit, multitudo contemnit. Istis videtur temerarium, illis inglorium. Cumque isti fugam, recessum illi meditantur: adest Antistes Simon inscitis, & infulis Pontificaliū insignis, non tam luctu, quam precum, & suffragiorum deuotione, miserabile spectaculū prosequutus. Qui eminus exclamat, imò in vno tantum filioli spes est vincendi, non in multis est victoria, nec mortis metuendum est discrimen, maximè cum pro salute agitur proximorum. Quia mors corporis hominem non extinguit, sed ad præmium virtutis admittit. Quo dicto suos pugnae, sese orationi committit, nec cessat donec omnis illa prædonum numerositas succubuit, paucis admodū fuga elapsis. Sic omni suorum excussa præda, sic hostibus prostratis, lætum cum suis reuehit trophæum, imò postridiè, vel amplius infelicis, imò felicis belli reliquiae cæcorum instar palpitant, quos à fæminis afferunt, & comprehensos, & in vincula coniectos.

COMMENTARIVS.

S 2

Hæc

HAEC Epistola diuiditur in tres partes. In prima Alexandrum & Simonem Episcopos Plocenses, ex amore memoratu digno Ecclesiae commendat, qui Ecclesiam Dei tam ab hostibus visibilibus, quam inuisibilibus protegere, veluti veri Pastores saragebant.

In secunda parte, descendit ad Dominum Alexandrum Plocensem Episcopum, specialiter recommendandum, de suo erga Ecclesiam Dei amore, quam protegebat manuali fortitudine, ac sua deuota oratione. Qui dum fortitudinem corporalem exercebat, orationes suas nihilominus non negligebat, sed deuotissime complebat, cum quibus pro omnibus suis apud Omnipotentem intercedebat. Quam quidem deuotionem in effectum deduxit, dum Ecclesiam solennem S. Mariae Annunciationis, in Castro Plocen: extruxit, & custodibus tutelauit, pluresque alias Ecclesias in honorem Omnipotentis Dei erexit & dotauit.

In tertia parte, descendit iterum ad Dominum Simonem, alterum Episcopum Plocensem, commendando de sua fiduciali deuotione, ac erga eandem Ecclesiam Dei sincero amore.

Circa primum est aduertendum, secundum Ve-

dum Venerabilem Egidium, de Regimine Principum, lib. 3. part. 3. cap. 2. Ad opus bellandi duo sunt necessaria, strenuitas, & prudentia: quæ consistunt in hoc, quod homines bellantes debent esse ex regione media, nec nimis soli propinqua; nec nimis à sole remota; tales enim homines, tam prudentia, quam animositate participant..

Circa secundum notandum. Dominus Alexander Ecclesiæ S. Mariæ in Castro Plocensîs fundator, aliarumq; plurium Ecclesiarum erector & ditator, David Regem in hoc excessit. Quia Regi David denegata est à Domino ædificatio templi, 2. Paral. 28. Alexandro autem Plocensî. Episcopo, nedum vnus templi ædificatio, sed etiam aliorum plurium templorum, extructio est concessa, vt dicit litera.

EPISTOLA X. IOANNIS Archiepiscopi Gnesnensis.

In qua Alexandrum & Simonem, Episcopos Plocenses, in virtutibus comparat.

S. 3

Magnus

MAGNVS quidem Alexander, sed major vt video Simon Alexandro, qui Patriarchæ & legislatoris in se virtutem expressit. Nec enim nescis Moyse orante, Cantamus Amalechitas confectos. Qui cum lasas manus dimitteret, conualesebat Amalech, & cum erectas manus sustineret, vincebat Israel. Nec ignoras, quod Abraham Loti cum animalibus, & omnium possessione hominibus interemptis eripuit. Quibus ex factis intelligis non minimum prodesse, aut merita prælatorum, aut proximorum suffragia, quorum exemplationibus instruimur, quid Deo, quis nostrum debeat, quid sibi, quid proximo.

COMMENTARIVS.

CIRCA literam notandum. Quod merita Prælatorum sunt valde proficua, subditis ipsorum. Ratio, Quia talia merita Prælatorum, tuentur subditos à nociuis, vt puta suggestionibus Dæmonum, vel versutis Hæreticorum, ac oppressionibus inimicorum.

Secundo notandum. Quod proximorū suffragia

suffragia, proximis sunt valde vtilia. Ratio est. Quia sæpe suffragijs proximorum impetratur venia peccatorum, & deletio pœnarum.

EPISTOLA XI. MATHÆI Episcopi Gracouiensis.

De virtutibus & meritis memoratu dignis, Venerabilis Patris Martini, Archiepiscopi Gnesnensis.

VALDE pecamus, si aliorum bene gesta non laudamus. Sed nihil mercedis agimus, si ea in quantum possumus non imitamur. Nam cui non invidus videar, si aurem huius hominis regię columnam, si Patrem Reuerendissimum ex tuis antecessoribus quendam mutis labijs suppressero. Erat enim eiusdem Sanctę Gnesnensis Ecclesię, cui tu præsides Archipontifex Martinus, cuius nutu, cuius arbitrio, totus huius Reipub. cardo vertebatur. Huic percrebro Pomerani iuges tendere insidias, nunc toxicatis poculis, nunc iugulo, seu quavis necę claudestinata: quia

illis ritum inhihet idololatriæ, tum quia decimas & primitias ab eis exigit, tum vt eo sublato Regni simul & consilij, caput amputent. Cumq; diu dolosam nequitiam effudissent, machinamina euentuum cuncta, vir prudens industria declinabat, diuinis tandem intentum obsequijs in spicimirensi oraculo comprehendere gestiunt, clamor attolitur, hostium impetus in ipsis nunciatur proascijs; quid ergo? fugiendum? at stridens mucro corruscat in ianuis; bellandum? at nulla facultas, nullum adminiculum viribus tremulis: viris imbecillibus; supplicandum? Sed quando cruentos luporum ictus agni balatus placauit? verum vt erat sursum contemplatione porrectus, sic & corpore in altum attollitur: Cuiusdam enim scalæ beneficio, conscendens inter laquearia delitescit: Sic seni vires, pedibus timor addidit alas. Illi cateruari irrumpunt, sacris non parcunt, sancta diripiunt, quendam Diocetem, qui stupore totus diriguerat, prostratum secus aram conspiciuntur. Archipræsulē rati comprehendunt: non sine tripudio asportant, nec modo illum decimis ac primitijs abrenuntiare iubent, sed omnibus Catholicæ fidei deicere muneribus, immensita-

immensitatem, insuper metalli appendere, ac pacis perpetuitatem arctatur polliceri. Cuius dum vita huiusmodi taxatum commercio, nihil horum annuit. Erat enim vir Deo plenus, fiduciam habens in Domino, non tam de proprijs præsumens meritis, quàm de Antistitis suffragijs, cuius virtutes diligentem disciplinam latere non poterant. Præsul autem lacrimarum torrentem pronus immergitur, & sanctuarium profanatum, & sancta manu contractari, sacrilega luctuosè deplangit. Qui etiam deuotissimã amplexus precum deuotionem, triduanam continuat inediam, necdum è Sanctuario Pater Venerabilis gressum dimouerat, eum qui soluit compeditos, Dominus ultionum liberè egit. Quadam enim repentina, tam ipsi quàm coniuges, & paruuli eorũ correpti sunt vesania, vt sese inuicè nunc ferro, nunc saxis, aut stipite expeterent, at suorũ charissimos non modo vt incognitos, sed vt hostes à suis domicilijs persequaliter expulsarent. Qui dum alios contingere nequeunt, proprios artus, aut vngulis dissecant, aut dentibus demordicant. Qua peste, non sine prodigioso rugitu, non sine horrenda iactatione, pleriq; illorum expirant. Tamq; diu

vexati sunt, donec supplicij causa intellecta, & sancta Sanctorum cum omni suppellectili Pontifici remittuntur. Et quanquam à Diocete poposcerant pecuniæ quantitatem, violatæ multam immunitatis pollicentur. Sed & Catholicæ characterem fidei reuerentius profitentur, & Ecclesiasticis sese muneribus obstringunt.

COMMENTARIUS.

CIRCA literam primo est aduertendū. Quanquam viri boni & virtuosi, laudibus priuatis, non egeant secundum Valer. lib. 4. Virtuosos tamen parcè & discretè cōgruit laudare. Iuxta illud Cassiodori lib. 11. Epist. 25. Conuenienter namq; honorum praestat augmentum, probitas accommodatio num, nec decet differri, quæ frequenter efficacem contingunt approbari. Cui consonat Tullius in Paradoxis. Parad. 2. Ut quisquis inquit boni particeps est, ita & laudabilis, neq; enim vllum bonum est de quo is, qui habet, honestè non possit laudari. Et merito teste enim Ouidio lib. de Ponto. Excitat auditor studium, laudataq; virtus crescit, & immens

& immensum gloria calcar habet.

Secundo aduertendum est. Pomerani Domino Martino Archiepiscopo Gnesnensi propterea insidiabantur, & in mortem suam machinabantur. Primo quia ipsos à traditionibus Gentilicis, vt puta idololatria abducebat, & ad colendum Deum ritu Christianico erudiebat, & hoc ex officio boni Pastoris faciebat. Secundo, quia ab eis decimas exegit, quas sibi Dominus in signum Venerabilis dominijs reseruauit, & suis seruatoribus deputauit. Vnde ex hoc elicitur, quod decimæ sunt dandæ fideliter, atq; gratè. Et hoc auctoritate veteris & noui testamenti approbatur. Dandæ ergo sunt decimæ, primo ex eo, quia per fidelem dationem earum, datur abundantia fructuum. Malach. 3. Secundo, quia per dationem Decimarum, consequemur remissionem peccatorum. Tertio, Retributionem æternorum præmiorum. Quarto, dando quis decimas consequitur abundantiam fructuum.

EPISTOLA XII. IOAN- nis Archiepiscopi Gnesnensis.

In qua

In qua Dominum Martinum suum
prædecessorem, de prudentia in pe-
riculis vitæ habita comendat.

ARCAM penè fæderis & raptam ab
Allophalis, & superna quoq; restitutam
ultione retulisti, longè tamen hic alius Pon-
tífex ab illo Heli, qui cadens è sella fractis
eruribus extinctus est. Nec vituperandum
puto, quod quasi meticulosus, quasi mercena-
rius, non quasi pastor videns lupos sese sub-
traxerit. Immundum enim est animal, quod
tamen ruminat, scissam tamen vngulam non
habet, quæ est discretio sanctorum animalium.
Nam pedes eorum, pedes recti, planta pedis,
planta vituli, pugillatoria siquidem peritis nõ
magis impetendi, quam cedendi utilis est in-
dustria. Quod in se Dominus prædocuit, in
quem dum Iudæi tollerent lapides, ipse tran-
siens per medium illorum ibat. Aut quis cer-
tè mortis metu non trepidet, cum ipsa vita
vsq; ad mortem paueat & tædeat, eò quòd
cautius vitæ prouidendum, quo vberior ex
aliquo fructus decerpitur. Ut quid sterilis e-
nim ficul-

nim sculnea terram occupat, hoc est quod
 Apostolus optat, Anathema fieri pro fratri-
 bus à Christo; omisit enim melius, vt fratri-
 bus expedientius prouideret. Et licet plata-
 nis miricam videat inserere: Dicam tamen,
 nec enim flosculus varia insculptus, rugedine
 auri rutilantiæ disconuenit. Erant enim in e-
 adem nauī Philosophus & scurra, oboritur
 tempestas, omnes cæca inuoluuntur caligine,
 fit fragor, clamor attollitur, strident fluctus,
 rugiunt procellæ, nauis nunc abyssō fit pro-
 xima, in præceps dehiscentibus vndis, nunc
 cellis vicinior nubibus, sæuo raptante turbi-
 ne. Quid hic putas cuilibet animi fuisse ipso
 etiam nauclero de salute desperante! Ducit
 alta Philosophus in altum suspiria mortis, vt
 crebro consueuerat, crebrius meditatur, an-
 gustias trepidat, ne post exitum vitam degat
 confragosam: nec enim corporis mortem ve-
 ritus est, quam esse vitæ ianuam censebat.
 Scurra inter hæc metum non modo dissimulat,
 sed quodam lætitiæ, vel vecordiæ dicam,
 & histrionico membrorum gestu, & fractæ
 modulamine vocis depromit, & cachino cō-
 cutitur. Oloris exemplo misera inuitans, mi-
 serioris vitæ solatia. Quid plura & omnis
 tandem

tandem cessat quassatio, redit aura clementior
 aggratulantibus alijs inuicem, scurra virum
 contumelijs afficit laceffitq;. O tu, inquit,
 larua Philosophæ, qui habitum audes præsu-
 mere sapientum, qui nec vmbra geris pru-
 dentia. Sapiens enim est vt sapientibus plas-
 ceat, in quem nullus cadit affectus. Ego
 nec tristor, nec metuo, ac in te cor exanguis,
 fugit mæror, pauor occupat. A me ergo, à
 me, à prudente disce prudentiam, in quem
 vt vidisti, medjs in periculis nulla cecidit
 mentis trepidatio. Cui Philosophus: Dudū,
 inquit tua tecum scurrilitas inuoluit naufra-
 gium, dudum immanissimæ stoliditatis cætus
 te cum tuis absorbit. Nihil ergo perditus
 timere potuit pro perditis, nihil scurra vereri
 debuit pro vita scurræ, pauendum fuit Phi-
 losopho pro vita Philosophi. Fortius er-
 go Pontifici, pro vita Pontificis.

COMMENTARIUS.

CIRCA primam partem Epistolæ ad-
 uertendum est, sicut habetur 1. Reg. 4.
 Certantibus Israel cum Philisteis absq; Ar-
 ca, cæsa sunt quasi quatuor millia virorum
 ex Israel

ex Israel, & reliquus populus est reuersus ad Castra. Iterum accipiente Israel secum Arcam, inijt cum Philistin prælium, pugnavitq; & cæsus est iterum Israel, itaq; ceciderunt tria millia peditum, & Arca Domini capta est, duoq; filij Heli, Ophni & Phinees sunt mortui. Cumq; vi ex Benjamin ibi venisset, & Heli sedenti super sellam nunciasset, & inter cætera Arcam quod esset capta nunciasset, Heli cecidit è sella retrorsum, & fractis cruribus mortuus est. Prudentius vero Dominus Martinus Archiepiscopus Gnesænsis egit. qui cum per mortem suam prodesse omnibus se non sensit, non ex mollitia, sed ex discretionem abstraxit, & in posterum communi bñno conseruauit.

Circa secundum notandum. Pastor nō semper tenetur animam suam ponere, persecutione se offerente: circa quod aduertendum est: dupliciter se offert persecutio. Vno modo in populo, & sic pastor debet animam suam ponere, pro eo. Ioan. 10. Alio modo persecutio offert se in sua persona, sic quod persecutio populo non indicitur, sed ipse Pastor solus quæritur, & sic non debet vitam suam ponere, sed aliquando cedere, vt Christus fecit.

stus fecit, Ioan. 8. aliquando fugere, sicut fugit Paulus, 2. Cor. 11.

EPISTOLA XIII. MATHÆI Episcopi Cracouiensis.

Beneuolentiam mutuam Ioannis & Mathæi, & quæstiones duas propositas in se continens.

GRATVLOR impendio, quia non est penes te mutui redhibitio minor, aut tardior commodato, sed pusillum quæso superroga, & runcemen quidem meum retrogressum compedit, & impedit progressum, vel dissolue, vel rumpe. Ecce enim à Diocete quæstionibus exigebatur metallum. Et alia cum iurisiurandi religione. Id si coactus perstitisset, teneretur an non? Et hæc sponso supplicis extorta, obligat an non?

COMMENTARIUS.

QVAESTIONES duas mouet. Prima est ista. An Archidiaconus quæstionibus

tionibus tortus sic promississet, cum iuramento pecuniam tenere ad ipsius solutionem. Secunda Quæstio. Vtrum aliquis tormentis tortus, promittens pecuniam teneatur ad ipsius solutionem.

Circa literam notandum. Est quoddam artificium, seu instrumentum lignarum recuruum, quo cauantur tabulae domus, ut una alteri connectatur. Isa. 43. Artifex lignarius extendit, non iam format id in permica, & deriuatur a runcoras, quod significat herbas,

EPISTOLA XIV. IOANNIS Archiepiscopi Gnesnensis.

In qua dupliciter soluit quæstiones, in præcedenti Epistola motas.

HOHIO non ridere non possum. Sub sarcina gemis, & vepres vltro ingredieris: verumtamen in malis promissis rescinde fidem, in turpi voto muta decretum. Iniqua est promissio, quæ scelere adimpletur: ad omnem ergo sponsonem, quam vel scelus, vel
 T etiam

etiam scandalum cōcomitatur, omninò non teneor. Sponsio verò pecuniaria obligat, nisi iustus metus intercesserit. Iustus autem metus non est, vbi mortis metus non est, vel cruciatus corporis, vel id, quod pro his, habetur, de quo habetur, Quod metus causa fit, ratum non habetur. Vnde Treuerēsis & eius Præpositus à prædonibus capti dare coguntur, & iurare ne repetant. Cumque repetere trepidant, metu periurij absoluit eos Apostolicus, & mandat, vt prædones p̄sequantur, & Ecclesiæ bona reperant. Est autem vbi nec iusti metus prætextu rescindi potest obligatio, puta Christianæ fidem religionis, cum quispiam etiam coactus susceperit tenere tenetur. Quamuis nemo sit cogendus ad id, quod inutiliter cogitur: quamuis coacta seruitia Deus aspernetur, quamuis non sit beneficium, quod ingeritur recusanti, nec sacrificium, quod exprimitur inuito, sæpè tamen etiam inuis beneficia præstantur.

COMMENTARIUS.

NOTANDVM est secundum Beati Thomam, 2. secundæ quæst. 89. Iuramenti

ramenti quod quis coactè facit, duplex est obligatio, vna qua obligatur homini cui aliquid promittit, & talis obligatio tollitur per coactionem: Quia ille qui vim intulit, hoc meretur, vt ei promissum non soluatur, vel non seruetur. Alia autem est obligatio, qua quis Deo obligatur, vt impleat, quod per nomen eius promissit. Et talis obligatio in foro conscientie non tollitur: quia magis debet quis damnum temporale sustinere, quam iuramentum violare, saltem si est de re licita, tamen secundum Raymundum, quis sic iurauit, potest ab Episcopo petere, vt cogat istum à iuramento absoluere. Si vero hoc impetrare non potest, soluat & postea reperat, quia licet iurauerit soluere, non iurauit, non repetere. Quod si etiam iurauit non repetere, denunciaret Ecclesie secundum formam Ecclesiasticam, vt eum compellat ad restitutionem; Si videlicet iurauit, quod non denunciaret, tale iuramentum est illicitum, ideo non est obseruandum.

EPISTOLA XV MATHÆI Episcopi Cracouiensis.

T 2

De Bose.

De Boleslai miraculoso triumpho, ex
Pomeranis penes Ciuitatem Nakiel
obtento; & de conductu Angeli,
co nutu Dei ordinato.

NON iniuste ergo Boleslai seueritas in
sacrilegos idololatrias incanduit, non
iniuste ultionem adiecit ultioni. Vix enim
illa sacrilegij vltrix pestis quieuerat, cum nec
sacrae fidei reuerentiam, nec pollicitis vllam
tenuere fidem. Non timent impudici Apo-
statae salutem fugere, nec abhorrent carnes
perfordidi ad vomitum reuerti. Omne itaq;
suorum robur vndiq; contrahit, omnes om-
nium & acuit vires & ponderat. Surgunt ca-
stra contra Maritimam, & diuinam agi cau-
sam non humanam, primi pilarius antecur-
rens praedocuit. Est enim Beati Viti Kru-
szuiciae Basilica, in cuius pinaculo quidam in-
aestimabilis habitu formae visus est adole-
scens, cuius inedicibilis, vt aiunt splendor,
non modo urbem, sed urbis quaeq; praesca
illustrabat. Hic eo desiliens, cum aureo pilo
surmas eminus antecedit, non paucis claram
nominis

hominis virtutem cernentibus, & rei tantæ mysterium tanta veneratione stupentibus, donec ad Urbem Nakiel pilum quod gestabat, quasi vibrans disparuit. Hac ego animatus fiducia Boleslaus obsidionibus urbem includit, fundibulis circumuolat, tormentis concutit, arietibus pulsat, assaultibus impedit, nihil roboris non attentat, nihil ingenij non expertum non relinquit. Vident suos urbani, imò rarefcere sentiunt sese virtutibus destitui, qui dum virtute nequeunt, dolo tuti contendunt, treugas deliberandi, orant, & impetrant, suis interea intimant, & insidias parant, incautos occupent, vincula præsto habeant, quibus quos velint vinciant. Cumq; sit post laborem quies gratissima, omnes penè quieti Boleslaidæ indulgent, quam & laborū suadent dispendia, & præsens Beati Laurentij iubet veneratio. Improvisa ergo de vepriū denseris prosiliunt agmina, cauerant enim ne strepitu calcis, aut hinnitu caballorum proderentur insidiæ, & omni spe fugæ amputata, non minus pro salute, quam pro victoria pugnant. Quorum numerositas trans numerum locustarum omne planum operit, impetere tamen trepidant, præcautas enim intel-

T 3

ligunt ex-

ligunt excubijs insidias. Proinde confertim præporrectis vndiq; cuspidibus, velut in quodam circulo præstolantes consistūt. Tunc Boteslaus vultu serenissimo, mente tranquilla; Capreas, inquit, Proceres, video, nostris non inuisas leonculis. Nam quis molestos æstimet aquilis murilegos, tygribus cornipetos, si quid tamen virium habent, nota vobis illorum ignauia, nostri virtute primipilarij, & hodierni gloria martyris omne illud colliquescet, cum causa iustior & animet exanimes, & meticulosissimis pariat audaciam. Quo dicto hinc ipse assilit, inde militiæ Princeps irruit Scarbimirus, auget Leonibus famem animositas, fames animositatem irritat. Damis verò terror metū incurit, metus terrorem centuplat, & vtrumq; plus altero, plus & exanimat, plus & eneruat; dedignatur leonum generositas, gregis imbecillis languinem lingere, sola cadauerum strage delectantur. Turpe putant Lechitæ, hostium occisione intermissa, spolijs occupari sacrilegis. Quid ergo linguis omnium loquar & nec tantæ cædis modum verbis assequar & quia numerum occisorum non aliter scire potes, quam si arenas maris, aut cæli stellas miiseris in calculū.

Super quo

Super quo si vacat allegoristas, consule siue
 albacistas, quos calculandi agitat solertia.
 Huius rei fidem etiam hodie astruunt aggeres
 instar montium, ex inhumatis ossibus acerua-
 ti. Multa insuper millia suis vincula loramen-
 tis, in Poloniae colonias transfuecta. Extunc
 ergo & Nakiel, & aliae quam plures illorum
 vrbes, huic Regno accessere.

COMMENTARIUS.

A NNO Domini 1313. Boleslaus Na-
 kiel & alia Castra, nec non Ciuitates
 Pomeranorum obtinuit. Et sic accidit Regi
 Boleslao, extra confinia Regni demorante, ac
 pro trutione Regni laborante, tandem ad pro-
 pria redeunte Regnicolae sibi occurrentes,
 nuntiant qualiter Pomerani rem nefariam ad-
 uersus Venerabilem Martinum attentassent.
 Quod Rex praeclearissimus intelligens, licet
 grauius suscepisset, tamen motu animi sui, pru-
 denter temperans vltionem ad tempus suspens-
 dit, sed modico temporis interuallo, modeste
 progrediens ad Ciuitatem Kruszwiciensem,
 cum suis agminibus fortissimis, vltius ver-
 sus Pomeraniam procedere cupiens peruenit,
 prout latius in litera patet.

EPISTOLA XVI. IOANNIS
 Archiepiscopi Gnesnensis.

In qua ostendit quòd ministerio An-
 gelico Boleslaus Nakiel obsedit, &
 de ipsius tutoribus triumpho.

REX Ammonitarum Thimotheus, con-
 tra Machabæos conflicturus acies or-
 dinat. Tùm iuvenes permiri, & vultus &
 splendoris, vnus à dextris, inde alter apparet
 à sinistris, & tres istis non dissimiles flammæ
 iaciunt in castra Thimothei. Quibus visis e-
 xercitus terga vertit non sine suorum pericu-
 lo. Quorum viginti duo millia dùm fugere
 gestiunt, succumbunt. Quem ergo aut illum
 Boleslai præcursores, aut hos Machabæi iu-
 uenes æstimare potes, nisi summæ, nisi super-
 excellentis omnipotentis ministros? Ad eò
 illi suorum cura est, vt pro illis visibiliter nõ-
 nunquam cælestibus pugnet virtutibus, à Do-
 mino fit hoc, & est mirabile in oculis nostris.

COMMENTARIUS.

Circa

CIRCA literam notandum. Domino semper est cura de suis : Vnde nec eo volente potest cadere capillus ipsis de capite, veritate attestante : sæpiusq; oculo intuente corporali, pugnat Deus pro suis virtute cælesti. Vnde volente Rege Sennacherib, Rege Assyriorum, opprimere Regem Israel, Ezechiam & Ierusalem Ciuitatem Sanctam, egressus Angelus Domini, percussit in Castris Assyriorum centum octuaginta quinque millia, vt habetur 4. Reg. 19. Similiter Iosue pugnante cum Gabaonitis, misit Dominus super Gabaonitas lapides magnos de cælo, & mortui sunt multo plures lapidibus, quam quos percusserunt gladijs filij Israel, vt habetur Iosue 10. & de his, quomodo Dominus pugnat pro suis, innumerabilis est exemplorum copia, de quibus plura ponuntur in libris Regum Paralipomenon, & Machabæorum.

EPISTOLA XVII. MATHÆI
Episcopi Cracouiensis.

T 5

In qua

In qua per modum quæstionis miratur de eo, quod dæmones, dū suas idololatrias à suis inimicis eripuerūt, miracula similia fecerunt.

EGO verò non tam hæc miror, quia nō aliena sunt iustis iutorum consortia, & Angelicæ vitæ hominibus, etiam visibilia non desunt Angelorum adminicula. Sed peruehementissimè stupeo, infamis etiam idololatriæ huusce prodigia obtingere. Brennus enim Dux Gallorum victa Macedonia, templum spolians Apollinis; Locupletes, inquit Deos largiri hominibus oportere, eos nullis opibus egere, qui eas omnibus largiri solent. Templum itaq; Delphis quod erat in Parnaso assiluit, & habebat electa peditum septuaginta millia. Delphi non nisi quatuor millia; repente omnes templorum Antistites, & ipse vates cum insignibus & insulis, in primā pugnantium aciem concurrunt, aduenisse Deum clamant, eumq; se vidisse cuius dum opem implorant, iuuenem insignis pulchritudinis, & duas Comites Virgines armatas, è propina
quis Deus

quis Dianæ & Mineræ ædibus, occurrere
 conspiciantur. Mox terræ motu portio mon-
 tis abrupta Gallorum strauit exercitum, cons-
 fertissimi cunei vulneribus dissipantur, inse-
 quitur tempestas, quæ grandine & frigore lau-
 cios absumit. Dux ipse Brennus, dolorem
 vulnerum non ferens, pugione vitam fini-
 uit. Quis ergo talia nec miretur in tali-
 bus, nec stupeat?

COMMENTARIUS.

CIRCA literam est aduertendū. Primo
 qui exercitum Romanorum apud flu-
 uium Albam confecit, ipsamq; Romam irru-
 pit, cepit, & cæsis patribus, & subacta Ita-
 lia inuasit Græciam vastans omnia, vniuer-
 sisq; terribilis usq; ad Delphum Apollinis
 templum, quod situm est in monte Parnaso,
 processitq; mansit triumphator semper inui-
 ctus, donec insurgere ausus est in Deos, ipsū
 Apollinis Delphicum inuadens templum, ipsū
 usq; Apollinis appetens spolia, scurriliter ioc-
 cans ait: Locupletes Deos largirè homini-
 bus, vt latius patet in litera.

Secundo est notandum, Quod boni bo-
 nis affe-

his associantur & conuersantur, secundum illud Ecele. 4. Cum sancto Sanctus eris. Vnde Deus omnium conditor, omnes sensus, vt puta, aures, oculos, omnia quasi membra, Venas & nervos, & ossa plurificauit, vt quod vnum non posset, aliud suppleret, & virtus singulorum fortior redderetur, dum altero vniueretur, nullum enim in humano corpore membrum, quod altero non egeat: vt cor membrum nobilissimum, nisi ei de aere pulmo subueniret, viuere non posset, nec etiam pulmo aërem respiraret, nisi ei viceuersa cor, vitam & motum influeret. Et similiter de alijs.

Tertio notandum. Quod Angeli hominibus visibiliter sustragantur & adminiculantur. Dan. 10. Alius Angelus custodit Hebreos, alius custodit Persas, alij custodiunt Reges & Principes, & Principatus, alij simplices homines, vt Angeli. Cuilibet enim homini vnus Angelus ad custodiam, & ministerium est deputatus. Et quamuis Angeli sint incorporei, non habentes corpora sibi unita, tamen aliquando assumunt corpora, ad implendum ministerium sibi commissum. In quibus corporibus apparent hominibus, & obsequuntur sicut patet in prædictis exemplis, &

plis, & completo ministerio euanescent. videlicet Tobiaë exemplo,

EPISTOLA XVIII, IOAN- nis Archiepiscopi Gnesnensis.

In qua ad quæstionem admiratiuè in præcedenti Epistola propositam respondet.

STUPERE te non stupeo, quia dæmonum astutia nedum cogitari quidem, nedum eloqui, sine quadam stuporis horribilatione non potest. Sed mirari te miror, cum noueris Principes tenebrarum, & in Angelos lucis transfiguratos, & lucis opera persæpè mentitos, vt in aureis poculis insuspectius misceant aconita. Num Magi Pharaonis, nū Simon Magus à mente excidit, quid illi qui dixerunt, venimus tibi nostrum Authori præbere fulgorem, quid ille, qui diuinam mentitus Maiestatem. Quid vis, inquit, à me tibi dari Authori; innumerabilis est exemplorum copia, sed summoperè nobis prouidendum est, ne labyrinthus Dædali texere, vel ture

vel turrim arguamur Gygantheam. Quis
imo diligentius carpe institutum.

Notandum, Dæmones suos idololatrias
ab inimicis suis protégent. Et circa hæc
miracula faciunt: quod prouenit ex dæ-
monum astutia, ex inexplicabili, quam erga
homines habent inimicitia. Talis enim dæ-
monum est fraus & dolositas, quæ nedum
eloqui, sed nec mente potest excogitari, qui
quos possident adiuuant, vt eos in posterum
perfidia ac malitia fortificent. Vnde & ipsi
in Angelos lucis transfigurantur, & lucis ope-
ra mentiuntur. Et patet in illusionibus quas
fecerunt Antonio, de quibus late in vita sua.
Et homines quos occupant faciunt exani-
mes, videlicet de Simone Mago, qui se Deum
faciebat, de quo habetur in vita Sanctorum
Petri & Pauli Apostolorum, Similiter Ioan-
nes & Manties Magi Pharaonis amentes fe-
cerunt, de quibus habetur, Gen. 7.

Circa primum est notandum, secundum
Ioannem Polycratum lib. 6. cap. 17. Non
moueat quenquam in templo visum esse A-
pollinem adductum, inuicti audaciam coer-
cendi, delendiq; exercitum, qui permittente
Deo exigentibus culpis multas deleuerat
nationes

nationes, cum etiam sit aereas potestates plurimum nequitiae suae exercere, in illis qui sanae fidei experti sunt, & religionis ignari, eis namque gratia subtrahitur, daturusque malignis spiritibus licentia nocendi, cum nisi Domino permittente omnino nocere non possunt.

Secundo notandum. Quod astutia demonum ad homines decipiendos nedum eloqui: sed nec potest excogitari. Vnde habetur in tractatu de fide, quod diabolus sic malum iugiter machinatur, argute loquitur, artificiosè suggerit, callide decipit, insidiosè inflat, venenatas cogitationes inflamat, mouet, bellat, nutrit odia, desideria carnis instigat, peccandi occasionè parit, & mille nocendi artibus corda hominum pulsât. Vnde S. Antonius, cum quadam vice in spiritu raptus esset, totum mundum laqueis sese cōnectentibus plenum, vidit & ait. O quis istos euadet? & audiuit humilitas. Ideo diabolus serpens dicitur preter eius callidam decipiendi astutiam.

EPISTOLA XIX. MATHÆI Episcopi Cracouiensis.

De Sole-

De Boleslai triumpho ex Imperatore
Henrico quarto obtento.

VT libet, adhuc ergo vulnerum non detumuerat liuor, nondum siccatæ corporis erant aspergines, cū furoris impetus Lemniani Poloniæ limitibus irrepsisse nunciatur. Tunc Boleslaus. Hoc, iuquit, viri plus virium, plus animi adicit, quàm incutiat terroris. Nam si meticulosi sunt, meticulosū quis timeat? si animosi, exanimis est quem animosus non animat? Quippè virtus virtutem suscitatur, & animositas animositatem exerget. Statuæ scilicet Gygantæ: Quid enim stat carethum humile & cacuminatas vero pinus sua ipsa deiecit proceritas, plus enim habent ponderis ad ruinam, quo cæteris sunt altiora, multitudinis sunt infinitæ, certe non indebiles sunt, qui multitudine armantur, de se namq; parum confidit, qui multorum eget consortio. Esto tamen ferrei sint roboris, gratulor, asperam enim non leuem esse conuenit cotem virtutis; nonnè in vobis noui & Noui utiq; in vobis robusti silicem peccatoris, qui quantò crebrius ferro incutitur, tot præ-

tot præliorum retro transacta insignia, tot
 vestra insculpti manu, tot victoriarum tituli,
 quot huius tam recentis gloria triumphi,
 Quid deniq; tam gloriosa vestrorum cruditas
 vulnerum, aureis vos in hostes non tam vr-
 gent stimulis, quam Griphonteis ad volandũ
 alis attollunt. Cruentis enim leonum ricti-
 bus, minus audacter occurrunt perexis
 qua reptilium, nam & lesione ferior, & vul-
 nere sæpè fit atrocior. Sed modestius viri,
 frenis, vt video, magis opus est quam calca-
 ribus, Militaris enim ante omnia, vos in
 omnibus, non tam strenuitatis meminisse cõ-
 uenit, quàm disciplina. Omnes etenim a-
 deò belli furore anhelabant, vt nec vulnu-
 sculum ex conflictu, nec angustiolum ex vul-
 neribus passi viderentur. Iam vero Impera-
 tor Henricus susceptæ non immemor iniuriæ,
 Bythomiense municipium multis conatibus
 attentauerat, quod quoniam & viris tutum,
 & situ vidit penè inaccessible, circa urbem
 Glogow copias explicat, ciues improuisos ob-
 sidionibus cingit, & quasi quibusdam torcu-
 laribus includit, obsides extorquet, deditio-
 nis diem constituit: Suas interim Boleslao
 & exponunt, & deplangunt angustias: Obsi-

V

des præ-

des præstitos, non tam dedendi animo, quàm differendi remedio. Quibus rescribit Boleslaus. Imò nihil ignauius, nihil mitius vermiculoso fauigena, vterq; tamen iste ab alueo, ille à fucinio arcet vespadios: Potius itaque obsidibus quàm libertate carendum. Tutius enim est paucorum salutem non parcere, quam pusillanimitatis ignauia plurimos in discrimen adducere. Huius mandati Glogouenses informantur fiducia, vires colligunt, urbem hãmuniunt, ruinas illi resarciunt.

Sed Cæsaris castra, inde Ciues, illinc Boleslaus continuis sollicitant incurfibus. Nã qui castrorum inuigilant excubijs, qui Poloniae sinus explorant, qui Boleslaidis vndelibet tendunt insidias, qui prædocinia gaudent aucupari, seu qui vitæ vsquam venantur stipendia, omnes vel vinculis coniecti Boleslao exhibentur, vel mortis inulctantur dispendio. At Cæsar fragoso urbem turbine inuoluit, molibus tormentorum circumtonat, nimbis telorum obruere contendit, saxea tempestate grandinat, fulminibus ignium coruscant, quæ illi aut industriæ studio declinant, aut in Cæsaris damna retorquent. O verè viriles! ô ferreos animos! ô transmiraè viros constantiæ

constantia, quos nec auri splendor demulcet, nec Imperatoriæ numen inclinat Maiestatis; non hostium terret illos impetus: non laborum frangit asperitas: non ipsa paruulorum pietas emollit. Quia enim patres oblitum filiorum acerrime rebellant, nunc machinis eorum paruuli alligantur, & saxis ac spiculis parentum exponuntur, nunc omni tormentorum genere paterno sub aspectu territantur: sed incassum; Stat enim inconcussa fixa robore patrum sententia: tutus esse patres prole defungi, quàm patria ciues exui, & honestius libertati quàm liberis consulitur. Frustratis igitur viribus, arte nimis indigna in Sileucij Prouinciã, signa surgunt bellica, sed omne infauitissimo & aliter fausto. Illa enim, illa Sileuciana strenuitas, quæ clarissimis vbique triumphis enituit, quod magno quondã Alexandro tributũ nõ soluit, eadem & Lemano, qui ægre ferentes tantum hostem suæ incumbere Prouinciæ, orant Bolestaum, ne prælium diferat, quia mora trahit in se periculum, & satius esset semel cadere, quam semper pendere: Agat intrepidè; modum aiunt indubitatè reperisse victoriæ. Mandat igitur Imperatori Bolestaum Rex paratus sit ad prælium, & difereus

ferens suæ testis est ignauia, tributum exigis, Exigebat enim cruentum in crastino tributu, præstolare. Nam quid à quo exigere debeas, meo cras munere condisces ; Vt ergo primū dies illuxit, præcurrunt hinc inde velites, vt numero sic animositate dispares, ex aduerso acies consistit ; & quantum Lemmanos auget numerositas, tantò Polonos animosior acuit audacia, Interea Sileuciorum non pauca manus à tergo profilit, non paucos ex hostibus in se conuertunt, fugam ex industria simulant, à terminis illos eliciunt, longius prouocant, in prouocatos reflectuntur, & obliquo cuspidum vibramine, præporrectas illorum lanceas, simul repellunt & feriunt, Quibus prostratis aduolant alij subsidio, & occiduntur ; rursus alij item, itemq; alij donec omnes penè extremorum exercitus conuertuntur, Vnde non tam mediæ, quàm primæ turbantur acies, quæ cum tumultus causam ignorant, suos fugere non persequi audent, & ferè diffugio dilabuntur, quos hinc pudor inde Boleslaus consistere impellit, Vt ergo erant primæ Pragitarum phalanges, primo congressu succumbunt, deinde illæ gigantes Lemmanorum legiones, hæ à Boleslao, illæ

flao, illæ à Sileucianis prosternuntur. Alij cursu dubio inter pugnantium acies, incertè quid agant, quibus ferant auxilium cateruatim hac illæ reptant, nonnulli toxicatis Planctorum sagittis depereunt. Quibus primipilaræ Imperatoris cohortes, in pedestre coguntur descendere certamen, caballis in ipso lectu virtute toxici cadentibus. Sic gloriosus Dominus, gloriôsè magnificatus est. Aequum enim & ascensorem proiecit in mare. Exiles tamen & confractas eorum reliquias, mastra recollegit Lemmania: qui vitam Cæsaris promunere, & fugam coluere pro triumpho. Superest argumento loci appellatio, ad quem tâta canum confluxerat numerositas, qui tanto cadaverum esu in quandam feritatem proripere lymphaticam, vt nullis illo pateret com meatus. Ideoque Caninum Campestre locus ille nuncupatur.

COMMENTARIUS.

HÆC Epistola in tres diuiditur partes. Primo, suos Polonos adhuc aliquos vulneribus sauciatos, in prælio Naklensi multifariè animat ad prælium. Secundo, suos Ci-

570. HISTORIA

ues Glogouientes per Imperatorem obsessos, admonet ad resistendum. quod utiq; Glogouientes fecerunt, imò resistendo, nec liberis suis pepercerunt. Tertio refert prælii comissi modum, & gloriosum triumphum. Quod quidem prælium commissum est propè Wra-tislauiam in campo, qui modo campus Caninus appellatur. Anno Domini 1110.

Quæ omnia latius patent ex ipsius Historiæ litera.

EPISTOLA XX. IOANNIS Archiepiscopi Gnesnensis.

In qua probat per simile mirabile in præcedenti Epistola relatum.

SIC ex Ambrorum & Sicambrorum illæ Scæde quam non longe ante memini, omnes etiã permansuetæ bestię humanum sanguinem sitire didicerant, ut non modo latratiles, quorũ natura sua sponte fera est, sed & cati foricibus omissis in homines ultro procurrerent, ex eorum quoque cruore farina est ad talparum quantitatem formicæ ebullisse,

ebulisse, quæ domiciliorum penetralibus infusa, non minorem illis cladem inflixere, quàm Alexander. Quorum vix tandem pauci herbæ cuiusdam beneficio seruantur, quæ Alexandro per somnium contra toxicatas Abigei sagittas monstrata, hanc istis Alexander contra formicas ostendit.

COMMENTARIUS.

DE occisione Ambrorum & Sicambrorum nedum canes, sed etiam mures & formicæ humanum sanguinem bibebant, & postmodum homines inuadebant, ac ipsis mortem inferebant: Sic etiam illi canes sanguinem humanum dulcem consuescentes bibere, & carnes dulces vorare, mordebant homines, sic, quod dudum illuc nemo ausus erat iter arripere, nisi per Boleslaũ Regẽ super morte illorũ canum prouisione facta: sicut & Alexander suis Ambris, & Sicambris remedium cuiusdam herbæ præbuit, cuius beneficio à clade formicarum instar talparum, ex corporibus generatarum, vnusquisq; residuorum licet paucorum se conseruaret.

EPISTOLA XXI. MATHÆI Episcopi Cracouiensis.

De dispositione ac crebra ordinatione
Ducatus Bohemiæ, per Boleslaum Re-
gem Poloniæ, ac dedicatione terræ
Russiæ, per Petrum Comitem de
Lauz strenuissimum.

PORRO Ducem Bohemiæ Zeth indil-
lato impetu à Regno exterminat, quem
quondam à suis propulsatum, humanissimo
Boleslaus excepit amplexu, pijs ab lactauit ve-
beribus, quem prius Olomucensium Princi-
pem, demum Pragitis Ducem constituit,
Tantas autem vices, tanti beneficij retribuit,
& cum in se maleficio diffideret, Imperatori-
am in Boleslaum hostilitatem exasperat, sed
suz fructum perfidiæ non infideliter demessu-
it. Quidam enim ex suis de consueta illum
obiurgans perfidia, pugione transfigit. Cuius
in locum, Dux Borzywoy munere Boleslai
sufficitur, quem suorum quoq; prodidit inui-
dia, imo fraterna perdidit ambitio. Ideoq;
rursus in

rursus in Bohemiam regreditur Boleslaus, cruentum fratricidam expulit, & minorem eius fratrem Principatu insigniuit. Quod illi apud Lemmanos plurimum confluuit inuidiæ, quod Imperatoriam sibi vendicaret quasi Maiestatem, cum in regnis contiguis arbitrato proprio, quos mallet potenter deiceret, quos mallet excellenter sublimaret, & iam penè cuncta finitimorum Regna suo coniecerat Imperio, iam etiam transfininitimos, vel gratiæ serenitate, vel quadam stuporis reuerentia deuinxerat, ut qua vix Boleslai nomine attingisset, numen eius coleretur. Non deerant tamen garula quorundam suspiria, taciti loquacitatis singultus, plerique magistri subiectionem detrectantes, quorum præcipuus ut erat fortunæ impatientissimus, alienæ Russiæ Princeps Wladarides, conuenit singulos, sollicitat vniuersos, omnes iubet suæ ingenuitatis meminisse, docet, quam sit infame tituli genus, seruitutis cauterium adijcit, minus miserum esse nasci seruum, quam fieri, cum sit illud in clementia naturæ, istud naufragiū ignauiæ, cui perfacile quis innatat, sed non sine difficultate emergit, multoque honestius esse mortis compendium, quam confragosæ vitæ

V S

dispen-

dispendia. Eligant ergo vestem debere rumpi an iugulum. Ex occupationibus itaq; Boleslai, tempus defectionis paulatim aucupantur. Omnes vnanimiter ab illo desciscunt, omnes in illum conspirant, omnes quasi cōmune incendium Boleslai gloriā extinctum ire sacramento astringunt. Sed flabris concitari flamma immensior potest, non sopiri; tam inuicti siquidem columna roboris, tantis licet impacta vndiq; fragoribus ne concuti quidem potuit, nedum conuellit. Senatum tamen consultis viribus ne huic malo potius occurrendum, an alias ingenij quadam industria, & à quo prius ordiendum. Cunctisq; quod opus factū videntur tacitè percontantibus, quidam alti sanguinis Princeps & Principis dignitati proximus vir, magnanimitatis generosæ, tam strenuissimus manu, quàm pectore industrius, ille famæ celeberrimæ, Petrus Wlostides hæsitationis nodum non rumpit, non scindit, sed salubriter dissoluit. Non insipienter inquit à sapiente dictum est, sapientiam clamitare in plateis: facillimum enim est homini viam nosse prudentiæ, si seipsum homo ante cognouerit. En si quidem in homine duo sunt, scilicet, anima & corpus; ad
quid ani-

quid anima & industriæ faniori: ad quid corpus & virtutum vehiculo: rolle alterutrum, hominem interimis. Quem libet ergo, vel solo virium conatu, vel ingeniosa duntaxat sine viribus nitentem versutia, non modo mās cum, sed omninò nullum existimo: non enim ala sine akerā sufficit in volatu, non rota sine reliquis utilis est in biga, nec verò stante stipite in ramusculis decet occupari, quod quanto facile, tanto minus conducibile, imò ad radicem ponenda est securis, ab ipso seditionis capite initiandum; Sicato enim fonte riuli facilius evanescent. Ipsum ergo Wladiridam ante omnes appetendum, & licet inaccessibleis nostri videatur consilij difficultas, leonum ruitu constrepente in ianuis Boleslai. Multi enim nostrorum erant iam illius corrupti donarijs. Sperandus tamen est salutaris exitus etiam in difficilimis, non solum enim semitam, non solum viam virtus inuenit in inuio, sed & regia strata vbiq; animositati substernuntur. Malo ergo successum vobis deesse, quàm per experimēta virtutis. Etenim virtute, vel etiam ultimo in mortem proficisci præclarum: proinde fuorū delectorum cum assueta manu Russiam ingreditur,

ingreditur; titulum transfugæ simulat; principis truculentiam se ferre non posse, ait; iniuriam actum queritur, dulciores asserit viro fore exilij angustias, quam domesticas delicias. Aggratulatur Wladarides tanti sibi viri accellisse vires, gratulatur & sui quasi diuinitus misso tanti comilitonis sodalicio: actum dicunt de Boleslao, actum de Lechitis; Et quoniam gloriam Principum est celare verbum, nulli Petrus verbum detegit suorum ante rebus quibus exilij causas percrebro quærentibus. Non est, inquit, partus vitalis, nec utile consilium, si ante diem prodeat in lucem. Non bene, non tutè teneris auis euolat alis: Icafeum per me cur iteretur iter & simul itaque & propositum aperit, & ingreditur institutum ex templo inter conuiuas, inter epulas occupat Wladaridem, crinibus abstrahit à mensa, humi prostermit, prostratum vincit, vinctum aquila gallinam asportat, non sine multa pulorum cæde, umbras urget, pro maternis alis pluribus amplexis, principali tamen decusatum ornatu præinsigne præstimonij munus Boleslao præsentat. Sic seditionis caput amputat, sic suæ salutis dispendio patriæ salutem mereatur. Sic omne Boleslaj Regnum tranquillitati

quilitati conciliat. Cui Boleslaus in Senatus
facie festino regratiandi assurgit amplexu, of-
fert, ingerit omnia, omnino reculanti etiam
præstantiorum potissima. Tum quia magna-
nimitas, quantum libet magnis capi dedigna-
tur, tum ne commercium quæsisse videretur,
non virtutem,

COMMENTARIUS.

EPISTOLAE huius duæ partes. In
prima crebram Ducatus Bohemiæ per
Boleslaum Regem Poloniæ, dispositionem &
ordinationem descripsit. In secunda terræ
Russiæ reductionem, ipsiusq; ad regimen Po-
loniæ unionem, per Petrum suum Comitem
de Xigsz deducit, prout omnia latius in lite-
ra ponuntur.

Notandum secundum Philosophum 4.
Ethicor. & Venerabilem Aegidium de Regi-
mine Principum, libro 2. part. 1. Cap. 23.
Spectat ad magna nimium esse plangitum,
nec bonorū exteriorum deprecantium. Ma-
gnanimus enim parum aspicit exteriora bona,
& multum appreciatur virtutum opera. Pe-
trus igitur tanquam verus magnanimus, dedi-
gnabatur

gnabatur à Rege Boleslao munera & bona exteriora, tanquam bona minima, & voluit esse contentus in magnanimitate, tanquam in bono excellenti, & precio incomparabili. Magnanimus enim est, sicut bonus terragonus, qui nunquam deijcitur. Similiter si honoratur, & si magna infortunia sibi occurrunt, non deijcitur. Similiter si honoratur, & magna sibi fortuna eueniat, non extollitur, nec pecunijs, nec alijs muneribus vincitur, quia maximè in actibus virtutis, propter quã singula facit delectatur, quia secundum Senecam lib. de Clementia, Recte factorum, id est operum virtuosorum, verus fructus in ipsis est, ne vllum precium illi condignum extra ipsas inuenitur.

Circa vocabula notandum. Icaria, riæ, Insula. Item secundum Isidorum 15. Ethimologiarum. Templum est generale, pro locis enim quibuscunq; magnis, antiquè templa dicebant, & dicta sunt templa, quasi recta ampla, sed & locus designatus ad Orientem, ad contemplationem templum dicebatur. Cuius erant quatuor partes. scilicet Antica ad Orientem, Postica ad Occasum, Sinistra ad Septentrionem, Dextra ad Meridiem: quod autem di-

tem dicitur templum, quasi Dei platea. Hic autem in præfenti litera, Ex templo dicendū est, & non ex templo, tractum est enim ex consuetudine antiquorum, quibus responsa dabantur in templis. Quo officio peracto Sacerdos clamabat ad populum clara voce: Ex templo, id est, Ite de templo. Et quia voce audita statim exhibant: inde vsus inoleuit, quod extemplo valet tantum, sicut statim vel confestim.

EPISTOLA XXII. IOAN- nis Archiepiscopi Gnesnensis.

Super materia præcedentis Epi-
stolæ.

NOVERAT vt video vir prudens, in dandis accipiendisq; muneribus, & si desit comercium, vmbra comercij non deesse. Virtus autem venalitate censerī non potest: quod si posset, non haberet emptorem. Quia va scienciæ sic virtutis nulla est æstima- tio, idèò promptum non est huius virtuti si- mile assignare. Legisse me tamen memini, cū

BADIONI

Babylonij à Dario decessissent, nec esset spes recuperandi, Zopyrus se verberibus afficit, nasum, aures, labia sibi præcidit, Dario solū consilium pandit, transfugæ titulo Babyloniā adit, de Darij crudelitate fingit querellas, ius bet illos ex domesticis exemplum capere, quid sit hostibus cauendum, nota eius nobilitas & virtus, Dux constituitur, multa in paucis prælia secunda facit, Persis vtrò cedentibus, tandem & vniuersum sibi creditum exercitū, & urbem Dario tradit, Sed hoc est simile per multum difficile. Nam in Zopyro simulatio fallaciæ, in Petro simulatio cautelæ. At illa prohibetur, ista permittitur, Illa enim de dolo malo nata, ista de dolo bono profecta, quam crebrò audis admitti, Cum enim iustus bellum suscepit, vtrum aperte pugnet, an ex insidijs, nihil ad iustitiam interest. In Petro ergo adeps & nucleus, in Zopyro cortex fuit, & palea virtutis,

COMMENTARIUS,

IN hac Epistola facit tria. Primo industri-
um Boleslaum Regem Poloniæ de libera-
litate commendat: Secundo industriam stre-
nui Pe-

nui Petri Comitis Boleslai per simile declarat : Zopyrus enim miles strenuus, Darij Babilonis simile fecit, & ipsos cum ipsorum Ciuitate Dario tradidit. Tertio dolum similitum ostendit : quanquam enim vterq; simulationem finxit, tamen Petri simulatio est cautelosa. Et processit ex dolo bono, quem admittunt, tam sacra scriptura, quam nostra Canonica. Cum enim Princeps bellum suscepit, licet sibi vti insidijs & dolis bonis; Zopyri verò simulatio fuit fallax, & fraudulenta, processitq; ex dolo malo, quæ prohibetur, & nulla tenus permittitur.

Circa primum aduertendum, secundum Venerabilem Aegidium, lib. de Regimine Principum, 2. part. 2. Cap. 18. Decet Reges & Principes, plurimum esse retributiuos, quia quanto sunt in altiori gradu quam filij, tantò in operibus virtutum, & in retributionibus deberi superare alios. Et secundum eundem, Cap. 18. In retributionibus Reges & Principes debent tria attendere : Scilicet, quomodo dent gratiam, cui dent, & quantum dent. Attendens igitur Rex Boleslaus, tanquam vir sciens & prudens. Quod in Petro Comite suo, pro sua magnanimitate, quæ secundum

cundum Senecā, cum sit virtus, caret precio.

Circa secundum Historiale patet in textu. Circa autem tertium notandum, mota ista quaestione, vtrum in bello iusto licitum sit vti insidiosis simulationibus, vt puta simulare fugam, timorem, audaciam, vel aliquid simile. Huic quaesito, breuissimè respondet S. Thomas, 2. secundae quaest. 40. dicens: Quod insidiosae simulationes ordinantur ad fallendum: Potest autem aliquis ex dicto vel facto, alterius falli dupliciter. Primo ex eo, quod dicitur ei Amicus, vel non seruator promissum, & istud semper est illicitum, & nullus debet fallere hostes, sunt enim haec iura bellorum & fœdera, & etiam inter ipsos obseruanda, vt dicit Ambrosius in lib. de Officijs. Secundo, potest aliquis falli ex dicto & facto nostro, quia ei propositum, vel intentum nostrum non aperuimus. Hoc autem facere semper non tenemur, quia in doctrina sacra multa occultantur, maxime infidelibus ne ea irrideant. Iuxta illud Math. 10. Nolite sanctum dare Canibus, vnde multo magis sunt occultanda ea, quae portamus ad impugnandum inimicos.

Epistola

EPISTOLA XXIII. MATHÆI Episcopi Cracouiensis.

De proditione Urbis Wisliciensis.

VTINAM Boleslao Zopyri nota fuisset notitia : & nota quidem fuit sed serò , satius tamen serò discitur prudentia , quàm nunquam. Nam huius Wladarij filius in se parcus, in patrem prodigus: Omnes priuatæ suppellectilis ac fisci thesauros, in eius redemptionem appendit , præponderare docens religionem pietati , pietatem diuitijs , sed paterno peramplissimè saucius vulnere , cum aperta non posset remediari ultione , in hostem dolore , in medio dolum commiscitur. Quendam si quidem Pannonicorum, tam sanguine, quàm dignitate insignem promissis attentat muneribus , allicit , auro persuadet, non absimilis fugæ, seu trans fugij fictionem subornat. Hic non tam veras quam verisimiles sui causas, exulatus nō incalide componit: Hanc dat inter præcipuas, quod semper huius Reipub. amantissimus & coadiutor extiterit : quia suæ mahinamen-

ta gentis, vel extenuare studuerit, vel declinare docuerit. Adhuc æmulos calumniandi studio contra se incendisse, & fictis ac hostilibus instrumentis, ob sacræ crimē maiestatis in se latā capitis sententiā: Malle se malum declinare immeritum, quam innoxium caput, indubitæ noxæ submittere. Astruit Pannoniam sese Polonorum ditioni subacturum: igitur non ut transfugam, sed quasi suæ patriæ geminum, excipit Boleslaus gloriosa Williscensium vrbe, vrbis præfectum constituit, non sicis oculis, corde amarissimo, vix paucula nedum singula, vix esinguliué queo, miserum pecuale tygridi cruentissimæ, lupo caularum præsidium committitur, Principis etenim nactus absentiam Leodaridem clam accit, accelerare iubet, ne mora trahat in se periculum. Hostes itaq; præ foribus imminere præconatur, principali edicto imperat, qui extra vrbe delituerit reum esse maiestatis, omni suppellestili fisco accessura, tuendam esse omnibus, & vrbis, & populi salutem. Proinde inclusas muris legiones, cruentis leonum rictibus infudit, terribis prædonum votis deuouet, in quorum cruore, quàm inhumanè debachata sit impia barbaries, piget meminisse, extemplo
 Leoda-

Leodarides tot animarum, tanto sanguine plus irritata, quam satiata rabie, reuertitur. Illum autem proditoris patrem, perditionis filium, alumnum perfidiae, primo quidem, excellentissimis numerum veneratur primitiis, quadam gratiarum actione pompa inebriat, vernantissimis collasciuit amplexibus, ac praecelsae dignitatis apice sublimat. Caeterum proditore nihil in sinistrum suspicante, ut improuisum iaculum grauius feriat, ut celsior gradus celsius praecipitet, eodem penè momenti puncto, & extollit, & deiecit, & deiectum orbat lumine, lingua priuat, genitalibus enervat. Absit inquam, ne de radice colubri, ne de prodigio perfidiae, prodigium propagetur.

COMMENTARIUS.

EPISTOLAE huius sunt tres partes. In prima describitur quomodo Leodarides, ut vindictam in Boleslao Rege Poloniae acciperet, sub dolo in quo vindicare se non potuit fortitudine, quendam Vngarum conuenit, qui fraude Boleslaum circumuenit, ut & urbis famosissimae Wislicien. praefectus esse
 X 3 meruit.

meruit. Secundò prodicionem eiusdem ciuitatis describit, ac lugubrem ultionem à Barbaris, seu à Paganis illatam fidelibus condoleat, tangit. Tertio repræmiationem illius Ungari proditoris subiungit, ac eiusdem repræmiationis causam annectit.

Pro quorum confirmatione notandum. In regno Lechitarum, à vetustissimis temporibus erat vrbs famosissima, murorum altitudine circumsepta, nomine Wislicia, cuius Princeps adhuc tempore Paganismi fuit Visslaus decorus, qui ex hac stirpe exierat oriundus. Huic vrbi munitissimæ, Rex Boleslaus illum Pannonium exulem putarium, quem non vt profugum, sed vt purè alumnum benignè susceperat, & charitativo modo pertractans, Præfecturæ officio instituerat. Principis ergo Boleslai Pannonius ille nacta absentia, qui ad interiora Regni descendens, regalia negotia dispositurus moram faciebat. Leodaridem Principem Russiæ, festinè accelerare iubet, absentiam diutinam nunciens Boleslai. Hostes itaq; Wislicię appropinquant, & appropinquasse nunciantur. Imperat deniq; proditor ille, vt omnes belligeri, & cuiusuis status homines vtriusq; sexus, ad urbem tuendam

endam confluant, ac se & sua conseruent, ne
 vt rei crimine læsæ Maiestatis noventur, &
 bona inñobilia & mobilia, Regio fisco ascri-
 bantur. Omnibus verò populis, tam salutis
 conseruandæ, quàm vrbis tuendæ, gratia in
 vrbe conclusis, proditor perditus valuas ape-
 rit, populumq; Christianum Paganicæ natio-
 ni ferendum exposuit. Sicq; Anno Domini
 1136. Idus Februarij, Wislicia destructa,
 & Christianus sanguis multum profunditur.
 In cuius quidem populi occisione, & sangui-
 nis effusione, Leodarides non humaniter de-
 briatus, sic impiè sæuit, quod eius crudelis
 sæuitia, plus humano cruore irritata, quàm
 rabie sacrata existens, ad propria reuertitur
 sine omni læsione. Illum autem Pannonium
 perfidi proditoris filium, vtroq; lumine pri-
 uat, linguam præcisam eneruat, genitaliaq;
 resecat, ne de radice colubri, & de perfido
 perfidum, quid pestilens nascatur. Nàturale
 enim est simile ex simili generari, secundum
 Philosophum, 2. De Anima.

Secundo est aduertendum. Quod bonum
 est prudentiam discere, & in prudentia erudi-
 ti, & præcipuè Regi, & Principi, & cuius
 præsidere gestiendi. Et meritò, Teste enim

Polycrato lib. 6. cap. 22. Sine prudentia nō modo Respub. non procedit, sed nec minima domus consistit. Unde in commendatione Vlyssis, Homerus in omnibus illi, docet prudentiam affuisse, quam more Pœtico Mineruam nuncupavit, qua adiutrice demeruit, ad inferos: Scillam nauigauit, intrepidus Charybædim transiit, non detentus est: ad Lamathones accessit, nec remansit: & Syrenes audiuit, nec accessit: Ioseph etiam non diuitiarum multitudine, sed per prudentiam obtinuit, ut dominaretur in omni terra Aegyptijs. Gen. 42. Ideò iuuenes non debent esse duces, quia non constat eos esse prudentes, ut dicitur 3. Ethicorum. Nam prudentia fecit rationes dominari, ut inquit Polycratus lib. 7. Ratione inquit vigerunt, quamdiu literati fuerunt, sed ex quo virtus literarum in eis languet, extunc manus arefacta infirmata est, & cecidit Principatus. Quoniam sapientia ait: Per me Reges regnant, Prouer. 8. Et hinc est quod Aristoteles in secretis secretorum præcepit Alexandro, ut studia in suis Ciuitatibus haberet, ut sui homines haberent prudentiam, & literarum scientiam. Subiungens, in hoc tuum honorabitur imperium, decorabitur totum Res

tum Regnum & illuminabitur, curia, annales, & gesta regalia melius commendabuntur memoriae. Quis enim Regnum decorum sublimabit & quis eorum gesta per totum orbem utiliter affirmabit, nisi proles sapientum, qui preter modum dilexerunt scientias, & propter illas ad summum fastigij gradum, conscendere meruerunt.

EPISTOLA XXIV. IOANNIS Archiepiscopi Gnesnensis.

Super præcedentis Epistolæ materia.

SPONSOR fidelis repræmiatur circumspectus. qui & amico morem gessit, & fidem pollicitis, nec proditoriae messis frugent neglexit, nec enim decet proditores, titulo prodicionali esse conspicuos, quos tristissimū est, ac periniquum præmio perfidiæ prosperrari. Vnde Alexander eos qui Darium in eius operam, vel gratiam occiderunt, extremis iussit interire supplicijs, à cognatis enim suis,

X 5

prius au-

prius autem vincitur compedibus, qui ut Alexandro placeant, Darium vitam priuant, quibus Darius & regna dederat, & vitam. Sed Antigonus eiusdem Alexandri Argiraspides, perfidiae munus est vestigio rependit, qui cum sui Ducis Herminij contemnunt imperia, ab Antigono superantur, nec solum gloriam tot bellorum cum coniugibus & liberis, sed & praemia longe partae militiae perdiderunt, quae ut saltem perfidia repararent. Ducem victum Antigono exponunt pacta omnium suorum restitutione. Hic protensa cura cathena manu. Cernitis inquit, milites ornamenta Ducis vestri, quae mihi non hostium quisquam imposuit, quod vos me ex victore victo, victum, ex Imperatore fecistis captivum. Deperiuriorum vindices, dent vobis tales duces, quales vos vestris Ducibus dedistis, devotet vos arma vestra, quibus plures vestros, quam hostium Duces absumpsistis, sed miseros non decent conuivia, victusque cepit ad Antigoni Castra procedere, quem Antigonus illaesum custodibus assignavit transactioni, fidem suam non amputat, omnibus quidem omnia restituit, sed tamen restitutus illos orbis domitores, suis sub hasta distribuit, perfidiae cauterio fron-

rio frontibus impresso; cuius quis apud prudentes fuerit exitus, ex his vides, quamvis lucifuga hæc inter volucrum reges sub luce volitat, plausu discolor, quam nonnulli hodie non modo non reprimunt, sed virtute profligata præmijs inuitant. Quia verò manibus occisorum visus est parentasse, quia de atrocissimo Polonorum proditore, suscepit supplicium, potuit Leodarides iram Boleslai aliquatenus demulsiſſe. Omnis enim animositas, licet inexorabilis, ad multam tamen vindictam mansueſcit.

COMMENTARIUS.

IN hæc Epistola facit tria. Primo Leodariidem commendat ex merito, quia illi proditori Vngaro condignum præmium exoluit, pro admirabili enim seruitio, iuxta promissa beneficia honorum, & munerum impendit, & pro prodicione iuxta sua demerita oculis excecavit, lingua priuauit, & gentilia resecauit. Secundo rationem præmijs subiungit, quia nõ decet proditores titulo proditonis esse conspicuos, imò tristissimum est ac periniquum, proditores ac inimicos præmio perfidiæ prosperari. Et

rari. Et hoc probat exemplo duplici. Primum exemplum ponitur in Historia Alexandri. In ultimo enim bello, quod Alexander gessit cum Dario Rege Persarum, Darius se in fugam conuertit, & in Ciuitatem Persepolim fugere voluit, quem duo consanguinei, scilicet Bisso & Crisolanes, consilium inter se facientes, comprehenderunt, & ipsum cathenis ligauerunt, vulnerauerunt, & semiuivum in campo reliquerunt. Qui licet ipsis supplicauerat, ipsi tamen minimè pietate moti sibi parcere voluerunt, imò eo relicto recesserunt. Alexandroq; supplicauerunt. Quod audiens Alexander, quia Darius à suis propinquis cõpedibus est constrictus, persequi eos statuit, & ipsemet cum sex millibus equitum prosequens eos, inuenit Darium in itinere solum derelictum, & magnis vulneribus afflictum; quem cum vidisset misericordia motus de equo descendit, & exuens se chlamyde ipsum cooperuit, & amplexatus est vulnera eius, cepitq; amarè flere & dicere; Surge Domine Dari surge, & sicut aliquando fuisti Dominus totius Imperij tui, sic esto & nunc, & recipe Dyadema Persarum, estoq; gloriosus sicut aliquando fuisti. Iuro enim tibi per potentissimos De-

fimos Deos, quod veraciter abrenuntio Im-
 perio tuo, & opto frui tecum cibarijs tuis,
 sicut filius cum patre suo, quia nullus Impe-
 rator debet gaudere de tristitia alterius, cum
 ab eo fortuna recesserit. Dic mihi Domine
 Dari, qui fuerunt interfectores tui, ut vindi-
 ctam in eis de te exerceam. Hæc cum ploran-
 do dixit, Darius extendens manus suas, am-
 plexatus est eum. & osculans illius manus &
 pectus, dixit ei: Fili Alexander, non eleutor
 obsecro mens tua in superbiam, propter vi-
 ctoriam quam habes, & si operatus fueris
 tot mira, quot dñj operati sunt, & manus
 tuas vsq; ad cælum extenderis, semper recor-
 dare nouissima tua, quia fatalis gloria non est
 data soli Imperatori, sed cui eam prouidentia
 fati concesserit. Intuere me qualis hesternæ
 die fui, & qualis sum modo, quia miserrime
 humiliatus sum vsq; ad pulueres, qui fui ferè
 Dominus totius mundi, & nunc memet ipsum
 in potestate non habeo; sepeliantq; me beni-
 gnissimè manus tuæ, veniant ad obsequias
 meas Persæ & Macedones, & à modo regnū
 Persarum atq; Macedonum, efficiatur regnū
 vnum. Sit tibi commendata Ptiagone mater
 mea, ut tibi sit in memoriam matris tuæ, &
 in ea ut

in ea sit pietas vxoris tuæ: Inxonem filiam meam tibi accipias in vxorem, quia ex bonis parentibus nati filij: decet vt in vnum iungantur. Cum ergo hoc vidissent interfectores Darij, turbati sunt, nihilq; dixerunt ad Alexandrum, volentes cognoscere voluntatem eius. Alexander itaq; reuersus Persepolim mirabatur de ipsius miris structuris; & ibi sedes pro tribunali, misit literas sub Maiestatis suæ sigillo, vt quælibet terra suis vteretur iuribus. Demum præcepit omnibus, dicens. Viri Persæ audite, qui ex vobis fuerunt interfectores Darij hostis nostri, ad nos veniant, vt videã illos, & eis honorem condignum rependam, nihil dubitent, ad me veniant, quia seruicium nobis fecerunt occidendo inimicum meum, per Deos potentissimos iuro, & per dilectam matrem meam Olimpiadem, & per salutem eius, quia præclarissimos eos faciam atq; potentissimos. Tunc omnis Persarum populus siluit, iniquissimiq; homicidæ Darij astiterunt, & voluntarie corã eo dixerunt. Maxime Imperator, nos sumus. Tunc præcepit eos ligatos apprehendi & duci super sepulchrum Darij, & decorari. Illi autẽ ceperunt clamare & dicere: Maxime Imperator tu iurasti iureiurando nobis per po-

per potētissimos tuos, & matrē tuā Olimpiadē, quid velis nos facere præclarissimos atq; omnipotētissimos pro nece hostis tui. Quibus Alexander: Nō me decuerat vobis loqui propter populū qui circūstabat aliter quā dixi. Nā manifestatio vestra nullatenus fieri potuisset, nisi tale iuramentum fecissem. Cogitatio enim animi mei talis fuit ab initio, vt quicumq; homicida illius inueniretur statim decolaretur. Nā qui proprium Dominum imo & suum proximum occidunt, alieno quid facerent? Hæc dicente Alexandro Persæ ceperunt vociferare benedicientes Alexandrum.

Secundum exemplum est de Antigone & Herminio Principibus, & Alexandri Argiraspidis, quomodo Argiraspidæ pro sua perfidia cauterio frontibus impresso sunt puniti, vt hoc exemplum patet latè in litera.

In tertia huius epistolæ parte duas causas ponit. Primam, quia manibus occisorum post multam stragem per Boleslaum in Ruthenis commissam Leodarides parentauit, hoc est sacrificauit, id est quia Boleslaus se exemplo in Ruthenis vindicauit. Secundam causam. Quia ipsemet Leodarides illum Vngarum proditorem Polonorum crudeliter puniuit.

niuit. Istā caus̄a poterant mouisse Boleslai
 animum super Leodaride ad miserandum,
 quia omnis animositas cum viderit vin-
 dictam, mouetur ad misericordiam.

EPISTOLA XXV. MATHÆI Episcopi Cracouiensis.

De vltione ac vindicta Ruthenis per
 Regem Boleslaum illata.

IMO vti erat iniuriarum indignantissimus
 Indilaras Leodaridæ pænas intorsit, qui nō
 arte, non dolo, sed iusto fulminis impetu, a-
 pro frendentius ad ipsum vsq; hostem Russi-
 am penetrat, vnde ille malè sibi conscius,
 quadam repente sibi Metamorphosi in capreã
 sese transfiguratur, iustra nemorum insilit, inter
 saltus & lucos ferarum delirescit. Quo non
 reperto Boleslaidæ, truculentius cruentantur,
 amarius inter desertos greges desæuiunt, quã
 leones, quã tygrides partu orbatæ: Non
 enim ipsis gregum ducibus, non feris indul-
 gent, nec fætui, ad eò totius gregis, non
 tam cruore, quã in strage gloriantur, non
 vrbibus

urbibus, non burgis, non municipijs, non pagis parcitur, nec ætas vlli patrocinator, aut sexus infirmaior, nullum dignitatum sublimitas, nullum sanguis generosior, à calice sanguinis redemit, obnixè supplicat, superba auri rutilantia, frustra preces accumulatur, toga prætexta, ciclus, purpura, seu stragula antecellit: Calcepa suis Carbunculum, Carbunculus Topasium, Topasius lachrimis inundans, quid tu, inquit, miser ô vicine? quid tu miser, Amethyste gemis inter gemmas & vides quibus quantis non parcunt: qui mihi non parcat, tibi quomodo parcat & Adeò vindex gladius, hæc ore patulo absorbet, illa voragine flammaram infauillat. Nam torrenti, dū in cursu est, frustra plumas obijcis, & furenti gladio frustra supplicatur. Sic ultione centuplata Leodarides, & fidelis ille Pannonius, doli ac perfidiæ non immeritas Boleslao pœnas pendere.

COMMENTARIUS.

PRO istorum quæ in Epistola continentur fortiori confirmatione, iuxta intentionem alterius Polonorum Chronicæ est aduertendum.

uertendum. Boleslaus prout erat infurfarum
 vltor atrocissimus, audita tali prodicione, ac
 gentis suæ non modica læsione, mox Russiã
 ingreditur, Leodaridem iuber perquirere. Sed
 Leodarides malè sibi conscius repentè, vt ca-
 pra Syluestris iustra nemorum penetrat, in-
 ter saltus & lucos ferarum se occultat. Quo
 non inuento, Boleslaidæ leonibus truculentis
 ores in populum Ruthenicum grauiter desæ-
 uiunt, non castris, non Ciuitatibus etiam
 parcunt, nec vlli ætati aut sexui, aut genero-
 sitati, aut nobilitati suffragia conferre gesti-
 unt, quoniam omnem qui reperitur viuere
 non permittunt. Sic Boleslaus in Leodaride
 facta centuplata vltione, ad propria re-
 uertitur cum honore.

EPISTOLA XXVI. IOANNIS Archiepiscopi Gnesnensis.

In qua reprobat Regem Boleslaum
 de facili credulitate.

CAVEAT ergo prudens vir, omni cre-
 dere spiritui. Nam verumq; vitium, &
 omni cre-

omni credere, & nulli: sed alterum tutius, reliquum honestius. Etenim crudelitas incircumspectionem, incircumspectio negligentiam, negligentia parit ignauiam, ignauia proximo gradu consanguinea fatuitatis est, quæ soror est fæditatum, mater discriminum. Vnde quibusdam prudentum docentibus, nihil sciri præter hoc ipsum, nihil debere credi, quod circumspectius corrigens, Eudemius non nihil inquit, sed pænè nulli debere credi, præter, si quis hoc ipsum dicat, pænè nulli debere credi, esse tamen ubi nec semper nihil, nec semper nulli.

COMMENTARIVS.

CIRCA literam notandum. Ad prudentiæ virtutem spectat non facillè credere. Ex eo: quia prudentia animum omni credulitati retrahendum inducit. Viri enim prudentis est, (vt ait Seneca de 4. virtutibus.) prius examinare consilia, & non cito facili credulitate ad falsa prolabit quia qui cito credit, leuis est corde. Vnde secundum eundem Senecam ad Lucil. Epist. 3. Quædam enim amicis committenda sunt, quædã etiam

etiam legitimorum conscientiam reformidant, neutrum ergo faciendum est, vtrumq; enim vitium est, & omnibus credere, & nullis. Tutius tamen est nulli credere, plurimum enim credulitas fallit, idem ait Seneca. Inde legitur de Ottone Imperatore, qui (vt refert Philippus de Pargamo, par. 5. præcep. 35.) Credens accusationibus vxoris, quendam militem iniuste occidit. Comperto autem processu, quod fuisset iniuste accusatus, multum de eius offensa & morte doluit, ita quod vxorem suam quæ minus iuste militem accusauerat, comburi fecit, & seipsum vxori militis interfecti, in manus totaliter dedit. Non ergo immeritò dicit Catho. Nil temerè credas.

EPISTOLA XXVII. MATHÆI Episcopi Cracouiensis.

De Vngarorum perfidia, testamento
Boleslai ac successione sui primo-
geniti Wladislai.

OMNIVM inuictissimus fuit Boleslaus, quem tamen arma vincere non potuerunt, sola

runt, sola semel vicit credulitas. Quendam enim stirpis regiae, à Rege Pannoniorum adductum exilio, solito Boleslaus excipit, & exhibet affectum, ac non modo patriæ, sed & regno restituere parat. Quo intellecto Pannoni, dolo credulum circumscribunt. Rege si quidem dolum subornante: Primatū primi ex parte Senatus, ac vniuersi Magistratus legatorum vices gerunt, Primo asserunt, Omne regnum deuotis gratiarum obsequijs, ad scabellum Boleslai prouolui. Qui serenissimū ipsorum lumen, quod vnicum Pannoniæ remedium, tam sereno amplexu collegerit. Secundo, vultu deiecto pronis cervicibus querelas, callidissima commenta, astutia deplangunt, & inexorabiles odij causas in regem conferunt. Tertio, subsidiari orant, vt regem propulsent, exulem restituant, nec multo laborandum subsidio, suas illi copias instituto pænè suppetere. Vtramq; tamen Maiestatem, & Boleslai, & exulis flagrantissimè suspirant, vt hæc examen colligat, abarceat illa Vespadium. His ergo Princeps persuasus, cum paucioribus proposito Pannoniam ingreditur; occurrunt illis Pannoniorum ceteræ, multi successiue accrescunt millia.

Omnes exulem regis nomine consalutant, omnes paulatim trans postremas acies relabuntur. Rem tacito Boleslaus coniecit, Wszeborium accersit, qui Princeps erat militiæ: Suspicaris inquit, Wszebori quod suspicor & Qui respondit, Quidnam suspicor & Cernis, ait, omnes pænè in caudam relabi, quorum causa hic agitur. At ille t Cur merum aut insidias illorum, aut vtrumq; dissimilem & Cui Boleslaus t Quid ergo non est mora libera, nobis turpe viris non esse viros: Qui præuenit in tempore, præualet in causa: Ictus qui præuenit ictum, victoriam anticipat. At ille: Pernota nobis huius alic conditio, damno negligitur iactus anterior. Tum verò quidam alti vir consilij: Tam subito subitos, non competit esse peritos. Difficiles aditus quisq; subit subitus, furentis enim suum in se telum conuertere. Sed cum operæ precium, ne vnde lac speramus tuis vnguibus sanguinem vtrò emulgeas, ne dubium adhuc amicum hostem indubitatum reddideris. Dum hæc inuicem altercantur, immensas eminus cum Rege turmas conspiciantur. Aiunt Pannoni Regi nouo: Adminicula suorum accedere, multorumq; multa veneratione, Regis debere

debere coli Maieſtatem. Quid plura, concurrunt acies & pila minantur pilis. Geminus Bolesſaidas hoſtis vrget, hic à tergo, ille à ſincipite. Eia viri, clamat Bolesſaus, vt bene pugnetur, bene pugnans effecit hoſtis, vnus quinq; fugauit, mille duodecem millia, & exerto mucrone, quem gruem vocant; Didi- cit, inquit, grus noſter, amplioſa cruoris flu- mina è ferreis elicere ſcapulis, & ſiccare. Igi- tur non ægydos multitia, non callum toracas, non loricas trilix, non calibs defendit galeas, non ingenij robur, nullum roboris ingenium inſtar ſauillæ cuncta ventilat. Quorumlibet quantūlibet corpora, dictu incredibile, quot quot vno pertingit, vibramine non ſcindit, ſed tranſuolat, adeò vt quosdam illæſos pu- tares, donec aut ſuo pondere, aut aliorum im- pulſu, in diuerſa ſciſſim dilabuntur. Audies caſorum capita, neſcio quid horrendum rota- tim circuiendo, balburire horrens, capitibus multorum truncatis cadauera, præ concepto impetu concurrere videres, non paucos lori- pedes, mancos, ſemiuiros, plus vulnerum intendere anguſtiæ, quàm prælio. Nec verò minus acriter inſtat animoſus Wſzeborius, qui ſuos non minus viribus, non minus manu a-

nimat, quàm verbis. Virilius, inquit, commilitones, Virilius dies in splendoribus exorta gloriæ, in gloria fulget semper educatæ virtutis, serenior est meridie. nec scit occasum. Arctamur & Virtus utiq; in arcto vires colligit, in arcto explicat, in arcto experitur, premimur; palmæ stipes, eò surgit procerior, quò sub grauiori mole radix gemit depressior, concutimur; sic augetur constãtia. Exploratũ enim est columnas concussionẽ stabiliri, & paleas à grano secerni. Alterimur; altrimum enim est hæc natura, vt integra minus oxedinis habeãt, crebrius altrita sentiri acriora. Sed cur nam fuga & fallor viri non fugitur sed hostis insectatur. Orsum omnes orsum, vincimus collegæ non vincimur: fugiebat enim quidã non paruus aut honoribus aut genere, sed animo degener, eius nomen verbo Demosthenes, opere Therfites. Per hunc proh dolor filij Effreni intendentes arcum, mittentes sagittas, conuersi sunt in die belli, cuius ignauia, cuius fuga, non tam victoriã victorioso ademit Boleslao, quã titulũ victoriæ nube quadã obduxit, aut vt verius dicam, sole solem illustrauit. Nã adhuc vsq; diem, inestimabilis Boleslai virtus tametsi crebro audita fuit, non adeò tamen credita

heredita Pannonijs. Cuius dum affurco labore, ignoro an vulnere succumbit, pedester non segnior conflictu dimicat & prosternit; quem nonnulli hostium quasi fulminis impetum studio declinant. Tandem non victus sed vincendo fatigatus, tot millibus cesis à prælio diuertit, quem originarius quidam suo Equi fero suppeditans: Memento inquit, mei Domine, cum veneris in Regnum tuum. Sileat ergo Pannonia, suæ fraudis illam pudeat meminisse, nec victi nomen iactitet, ne ignominioso frustra gloriatur triumpho, quem tot suorum cruore militum cernit purpurari, quæ tot capitum dispendio mercamur, miserum enim est circumscriptionis solatium, quod pluris emeris & minoris emisse mētiris, aut quod prælio plus confinxeris, inutile fuisse æstimare fatius æstimo, sæpius circumscribi, quàm semel mentiri. At verò non indignis illum fugæ Principē donarijs donat Boleslaus nec enim irrepræmiatam dissimulare virtutem, aut impunita voluit negligere ignauiam, tribus illi donat muneribus colo fuso & leporum pelli-
 cea, colus fæminam, pensum versutum, lepus meticulosum signat. Quibus ille intellectis in oratorio proprio campanæ loramento suspens, mi-

Y S

sus, mi-

sus, miserum permiserè spiritum exhalat, & sic in colo patibulum, in penso laqueum, in lepore fugà spiritus intelligo. Illum autem illum originarium, ob libertatis insigne, seruiture emancipat, emancipatum locupletat, locupletè equestrium prætexa nobilitat. Nihil itaq; Boleslao, vel industriæ defuit aut virtutis, si credulitati parcius laxasset habenas. Cuicumque prudentiam duæ referant hostiaræ innocentia & confidentia, quia eñ purior conscientia radius nihil intro de se suscipit, nihil extra suspicatur, & animus generosior, res etiam impossibiles ad possibilem redigit facultatē. Vnde nihil timens, omnia præsumens surrepit credulitas, quia innocens omni credit verbo sed honesto, nec enim de ea loquor credulitatis specie, quam delatio parturit, lætat assentatio, hæc siquidem humano capiti ceruicem pingit equinam, & asininas excrescere iubet auriculas, quæ pestis licet regia, licet omni cōpra venustate, si quando ad huius fores principis transituuit, mox procul abstinere iussa est perturpi, confusa res pudio. Ad summum itaq; de summo Boleslao id accipe, alter Alexander, alter Caro, Tullius, alter non minor Alcida, sed Achilior. huc

**Or hic vir Achille. Qui dum fatale munus
 iam à se exigi sentiret, testamentales man-
 dat conferibi codicillos, in quibus & au-
 tarum vices virtutum, & regni successionem
 quatuor filijs legat: Certos tetrarchiarum li-
 mites determinans, eatenus vt penes maio-
 rem natu & Cracouiensis Prouinciæ Prin-
 cipatus, & autoritas resideret principandi,
 de quo si quid humanitus obrigisset sem-
 per ætatis maioritas, & primogenituræ ra-
 tio litem successionis decideret. Sugeritur
 ei de quinto filio adhuc infantulo, cur filius
 non meminit, cur nulla illum legatorum por-
 tione subscripserit. Quibus ille imò inquit,
 longius præmemini & legam, stupentibus il-
 lis quænam, quanta possit esse portio inter
 quartas? Quidam nescio, ioculariter an seriò
 subintulit: Non cernitis quatuor tetrarchis,
 quadrigam tetrarchiæ fabricatam. Sic isti
 paruulo quintæ in quadriga rotæ legatur suc-
 cessio. Cum de inofficioso testamento pater
 arguitur, ait: In pupilla oculi, video quatuor
 ex hac lachryma manare flumina, & fluctibus
 collidit oppositis. Quorum quædam in ipsa
 sui vehementissima inundatione repente ficans-
 tur. Continuo ex aurea situla, fons aromatum
 erumpens.**

erumpens, eorundem alueis, fluminum gemmis præstantibus ad summum inundat. Cessat ergo inofficiosi querela; æquum enim est partes pupillares, tutoribus debere mandari non pupillis. Iam verò iam ingredi iubeor, quo nemo sine saluberimo accingitur viatico. Salutari ergo sumpto antidoto, felicem functus est diem princeps felicissimus, pater felicior: de quo incertum est pacis serenitate prosperior, an belli fuerit gloriosior triumphis. Succedit ergo patri Wladislaus, tam primogenituræ priuilegio insignis, quàm regni successione sublimis, sed ambitiosus altero reliquo fastuosus. Qui eo tristius imperauit, quo iocundius vxoris indulisit amplexibus. Non enim facile de vxore triumphatur, quæ semel triumphasse permittitur. Nec enim vicisse cõtenta est victricis animositas, nisi quæque inuictissimorum colla suis supeditet imperijs: Vocat ergo virum semiprincipem, imò semiuirum, qui quarra vnus iugeris contentus portiuncula, tot plusquam principes muliebriter sustineat, quia verò sine difficultate perorat, qui imperat promprissimè, viri animum inclinat. Itaq; Princeps in se humanissimus vxoris atrocitate, ab humanitate desciscit, nam

scit, nam fraterna exuta pietate, hostiles animos induit, & fraterculos adhuc impuberes cruentissima rabie insectatur, eorumq; vrbus occupatis, ipsos exhæreditare instituit, qui prona supplicatione prostrati, numen muliebre inexorabile placare student, & plus lachrimis quàm linguæ beneficio perorare cōtendunt, sed Erebi millies māsuesceris inferias, quā fāmīnēā semel exoraueris truculētiā.

COMMENTARIUS.

EPISTOLA in tres diuiditur partes. In prima Vngarorum perfidia describitur. In secunda mors & testamentum Boleslai. In tercia, successus sui primogeniti Vladislai. Et pro istorum omnium fortiori consiliatione, iuxta intentionem alterius Polonorum Chronicæ est aduertendum. Post huiusmodi sæuam Boleslai ultionem, Ruthenis ut præmissum est, asperimè inflictam, Ruthenorum Princeps aliarum circumiacentium Prouinciarum Principū communicato consilio, cum aliter ipsis populofitas adesse minimè videretur, quæ potentix Boleslai resistere posset Haliciensem Regem, Regis Boleslai generum de

rum de Regno eijciunt : qui ad regnum so-
 cieri sui Boleslai confugiens, apud ipsum cū
 vxore aliquamdiu fuerat commoratus. Ru-
 thenorum ergo Princeps inuasionem Boleslai,
 quem vt fulguris impetum abhorrebant, trans-
 ferunt aliter, dolum credulo intermiscunt, vt
 quem armis vincere non possunt, saltem cre-
 dulitate vincant. Omnium ergo Principum
 sibi adhærentium, ac barbaricæ gentis multi-
 tudinem, armatorum studiose primitus reco-
 lectum, Primatum primos ex parte totius
 Regni Haliciensis Procerum, ac vniuersitatis
 ad Boleslai præsentiam in legatione dirigunt,
 offerentes seipsos cum natis ipsorum, & om-
 ne regnum denatis obsequijs, ad Boleslai
 scabellum, prouolui, si Regem ipsorum fra-
 terno collegerit amplexu. Pannoni quoq; Ha-
 licienti regno contigui, & de Ruthenorum
 astutia non ignari, querelas callidissima astu-
 ria commentatas deplangunt, subsidiari depre-
 cantes, vt Regem propulsatum regno restitu-
 at, suasq; illi copias armatorum subsidio pro-
 mittunt, vtramq; tamen Maiestatem. & Bo-
 leslai & exulis, flagrantissimis precibus exo-
 prant. Talibus igitur persuasionibus deceptus
 Princeps Boleslaus, Haliciensem Prouinciã
 cum paro

cum paruo exercitu ingreditur. Cui quædã
 Pannoniorum cateruæ, & demum Rutheno-
 rum amici in mira numerositate conferti al-
 ternatim succrescunt, Regem exulem honora-
 bili voce suscipiunt, & Boleslaum consalurãt,
 omnes tamen successiuè in postremas acies
 relabuntur. Boleslaus itaq; rem tacitè confi-
 derat, quam Principi militiæ Wszeborio ap-
 ponere festinat. Suspicas, inquit, Wszebori
 quod suspicor ? qui respondit : Quid suspi-
 caris ? qui ait : Cernis ne omnes hos panè
 in caudam relabi, quorum causa hic itur, quid
 ergo non est mora libera : Nobis turpe viris
 non esse viros. At ille : Tam subito subitos,
 non competit esse peritos, difficiles aditus quis-
 que subit subitus. Dũ hoc illi inuicè altercas-
 rentur. Ecce innumeras Ruthenorum & Bar-
 baricas turmas, eminus venire prospiciantur.
 Sic itaq; concurrunt acies, & pila minantur
 pilis, geminus Boleslai exercitũ urget hostis,
 vnus à tergo, alter à sinicipite fortiter impu-
 gnans. Clamat igitur Boleslaus, Eia viri eia,
 pugnare nam conuenit, non segniter à prælio
 diuerti. Quidam autem vir Boleslaides ma-
 gnus genere, sed degener animo & par-
 uis, fugam de prælio iuit, cuius ignominio-
 sa fuga

sa fuga, non tam victoriam victorioso Boleslao ademit, quàm titulum victoriæ, quæse quadam nube obduxit: aut vt verius dicam, sole solem illustrauit. Nam huc vsq; ad hunc diem etsi crebro, Boleslai virtus tam inæstimabilis audita fuit, non tamen Pannonijs audita, & Ruthenorum gentibus notabiliter extitit inauditè manifesta, cuius equus tam labore, quàm vulnere, dum fatigatus succumbit, Boleslaus pedester cum hostibus confligit, dimicat & prosternit, quem quidam Originarius de proprio equo prolapsus, illum conscendere fecit. Et tandem Boleslaidæ non victi, sed vincendo fatigati, funesto à prælio diuertunt, prout latius intextu pater.

Circa primam partem huius Epistolæ est aduertendum. Quamquam Boleslaus de pluribus posset commendari, vt de incredibili fortitudine corporali, præcipuè tamen de duobus commendatur, videlicet de prudentia ingeniali, & de virtute morali. Vnde dicit textus, quod nihil Boleslao industriae defuit, aut virtutis. Vnde ipse vnicuiq; retribuebat iuxta merita & demerita. Merita virtutum non dimisit irrepræmiata. Vnde illum qui ipsum

qui ipsum suo equifero suppeditauit seu promouit, seruituti emancipauit, emancipatum locupletauit, locupletem militem cinxit. Desmerita etiam non dimisit impunita, ideò illum profugum tribus, colo videlicet, penso & pelicia leporis, in signum ipsius ignauiz condonauit. Vnum tamen sibi defuit, quia nimis creditiuus fuit, quæ nimia credulitas, ipsum decepit. Hanc autem credulitatem in ipso causauit. Primò ipsius innocentia, quia sicut in se innocens & fidelis fuit, sic eandem innocentiam & fidelitatem fieri in omnibus existimauit. Secundò confidentia, quia generosus animus etiam res impossibiles, redigit ad possibilitatem & facilitatem. Credulitati tamen delatoriæ vel adulatoriæ ipse Boleslaus aurem non apposuit, sed eam penitus à se cum ad eum veniebat repudiabat. Et merito. Non enim omni spiritui credendum. **I.** Ioan. 4. Circa quod est aduertendum secundum Philippum de Parg. part. 7. documento 24. Quanquã personis grauibus dicta vel facta referentibus, minimè est credendum. Primò laudatoribus seu adulatoribus. Vnde Cato: Cum te aliquis laudat, iudex tuus esse memento. Secundò non est credendum simu-

Z

dum simu-

dum simulatoribus & callidis. Vnde Catō:
 Qui simulat verbis, nec corde est fidus ami-
 cus. Terriò non est credendum blanditori-
 bus. Vnde Caro: Noli homines nimium
 blando sermone probare. Fistula dulce canit
 volucrem dum decipit auceps. Quarto non
 est credendum detractoribus & bilinguibus.
 Vnde 1. Ioan. 3. Omnis qui detrahit fratri
 suo homicida est. Quintò minime est cred-
 endum inimicis. Eccl. 12. Non tre-
 das inimico tuo in æternum.

EPISTOLA XXVIII. IOAN- nis Archiepiscopi Gnesnensis.

In qua confirmat mulieris truculen-
 tiam seuiorē esse omni seueritate.

CVIDAM sapienti natus nunciatur fi-
 lius: Gratum inquit munus ac benefici-
 um naturæ, sed cauere iubeo, ne vnquam læ-
 sugat, nisi ab vberibus atrocissimæ belluarū.
 Dicit ei: quærendane est lupa? ait minime.
 Nunquid læna? Non. Tygris & absit.
 Olofagus? nequaquam. Quod ergo animan-
 tium est

tium est omnium atrocissimum. Respondit
quod omnium mansuetissimum est, fæminam
signans. Est enim omnis mansuetudo fæmi-
nea, omnium seueritate truculentior, omnium
truculentia seuerior.

COMMENTARIVS.

CIRCA literam est aduertendum. In li-
bro de Animalibus dicitur. In omni
genere animalium fæminæ sunt molliores,
quàm masculi preter vrsam & Leopardam.
Mulieris tamen ira est maxima & periculo-
sissima. Ecclesiast. 15. Non est caput super
caput colubri, & non est ira super iram mu-
lieris. Audax enim est ad omnia, quæcunq;
amat vel odit fæmina, & artificiosa cum no-
cere intendit. Quod tali probatur exemplo.
Philip. de Pargamo, parte 8. documento 22.
Quædam mulier cum esset in magna tribula-
tione, & turbatione cum Marito, & ipsum
valde odio haberet, quandam contra eum co-
gitauit malitiam, vt ab eo separari posset.
Tandem quadam vice dedit ei potationem,
ex quibusdam herbis venenosis confectâ quæ
assumpta, non tamen ebrius videbatur, sed

Z 2

velut

velut insanus iacebat in lecto, huc atq; illuc volutabatur spumans, nec solum rationem amiserat, sed etiam loquelam. Vxor cucurrit ad Monachos, clamans & eiulans. Domini inquit, illa per Deum veritatis. Maritus meus moritur, iam amisit loquelam, nihil petebat nisi fieri Monachus, dum adhuc loqueretur. Nolo quod propter me salus animæ impediat. Vnde promittere volo castitatem quoadiu ipse viuet, etiamsi Deus ipsum vellet restituere sanitati. Sed pro Deo cito veniatis, & cucula induatis eundem, quia proximus est morti, tantum penes eos institit, quod dicti Monachi aduenerunt & cum totonderunt, & magnam coronam ei fecerunt. Mane autem facto cum euigilasset, & ebrietas transisset, & suum caput tetigisset, & se decapillatum taliter inuenisset, & Monachalem habitum se indutum reperisset, de his non modicum mirabatur. Et cum ab vxore quæsiuisset, quid hoc est, quis eum sic præparasset; illa quasi flendo clamabat: Marite charissime, non recordaris tui, qualiter in ita infirmitate factus es Monachus, nihil aliud petebas, quando dolorem vehementissimum sustinebas. Charissime ergo pro salute animæ tuæ promissitatem;

ſtatem, videlicet me ſolam manere, & quæ
 viduam deſolatam. Cumq; ille vellet ſe
 Monachum denegare, & velle ſe manere cum
 ea, ſicut prius de iure debebat, illa nullo mo-
 do volo. Ego votum meum iure peto. tu es
 Monachus. Nolit Deus, quod Monachus
 iuxta latus meum iaceat. Miſer nonne eru-
 beſceres, ſi tuum votum non compleres. Si
 ad ſeculum redires, totus mundus te vocaret
 apoſtaram. Et ille miſer tum propter pudor-
 em, tum propter mulctam, Monasterium eſt
 ingreſſus, eiq; domum cum ſupelleſtilibus di-
 miſit. Sed ne longo diſpendio te ſuspendam
 lege Aureolum Theophrasti, & Medeam Iae-
 ſonis, & vix modica inuenies mulieri
 impoſſibilia.

EPISTOLA XXIX. MATHÆI
 Episcopi Cracouiensis.

De diſcordijs & conflictibus crebris,
 inter Wladislaum Boleslai primogeni-
 tum, & fratres ſuos pupillos, Bole-
 ſlaum & Mieſzkonem.

O INfausta belli conditio, quem paterna
 colunt reuerentia, hostem sustinent, à
 quo patrociniū se parari debuit, praelium in-
 fligitur. Verumtamen ex ipso vulnere, nata
 est vulneris curatio. Ob importabile namq̃
 vulneris eiusdem iugum, ob inexorabiles odij
 causas Archipontifex Iacobus, cum Proce-
 rum præcipuis ad pupillos defecerunt: qui
 sub Principe militiae cuius non longe præ-
 memini, Wizeborio sæpius non improspere
 contra Wladissaum conflixerunt. Horū freti
 consilio, non iam lachrymis indulgent pupil-
 li, sed armorum studijs animosius insistant.
 Est enim omnium artium ubiq̃ Magistra, est
 rudium semper eruditiua necessitas. Proinde
 suorum aliquantis per minus fidens Wladisla-
 us, exterorum turmas contrahit, quos illi ma-
 nu perpaucula fudere, vt fama sit eorū cru-
 ore flumen Pilciæ, iuxta quod conflictum
 est, ripas altius inundasse. Rursus ergo nu-
 merosiores, imò innumeras barbarorum legi-
 ones quasdam prece allicit, quasdam precio
 conciliat, nōnullas potestatis cogit imperatu,
 omnis in fraternum grassari iubet excidium,
 quid faciat agriculus, rabidis vndiq̃ luporū
 circumseptus excubijs, Nam quod fugæ con-
 siliū,

Alium, quod consilij beneficium, quod bene-
 ficij tandem remedium, vbi tanti vndiq; stu-
 poris atrocitas, & iam omnibus pænè diru-
 tis, aut præfidiatis illorum municipijs, iam
 quasi voti compos circa Posnanieñ. urbem,
 quæ sola restabat sub eorū præsidio, in quam
 suas, in quam tibianeorū congererat copias,
 iam obsidionum omne ingenium, omne ro-
 bur explicuerat per girum, tantò securior,
 quantò milite copiosior, delituerant interea
 pupilli ex industria, cum paucis quidem, sed
 armorum exercitatissimis, vrbi secretius de-
 liberantes subsidium, inter quos Mieszko, vt
 erat & animo promptior, & sermone torrens
 tior, Satius, inquit, viri rebus quam verbis,
 verum consulitur angustia, Nam & securi
 via secura est in inuio, & strata publica in
 dumetis. Nonnè planum est falci iter in ca-
 recto, nec strictus erit ensi cursus in destri-
 cto, quis imbelle Scabrorum vulgus, quis
 salices locustas horruerit, libeat quæso tam
 fortunæ munus, quàm virtutis robur experi-
 ri. His dictis paulatim in hostem procedunt,
 sensim surrepunt excubias hostium, procul à
 castris occupant, in vincula coniungunt, se-
 creta castrorū fateri iubent, agnoscunt n: l: sus

spicari, & inter epulas lasciuia securitate torpēre, sed ciues eminentissimè scuto è muris exerto, euidens opportunitatis argumentum fugerebant. Adhuc ergo erant escaë in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos, epulantibus insiliunt, incautos obruunt, stupidos obruncant, erumpunt valuis parulis urbani, euolant ex vrbe præsidarii, cateruas hostium hinc inde ventilant, tardiusculos premunt, spiculantur fugientes, & quasi leones inter caprarum greges passim debriantur. Cæterum eis qui fuga nisi sunt prosperari, longè miserior occurrit calamitas. Nam cui forsitan gladij seueritas pepercisset, inundans vndarum impetus, non pepercit. Nec enim pauciores torrens profluentis fluctibus inuoluit, quàm fulmen ensis absorbuit, adèò ut pleraq; illius reptilia, fluminis cruore cadauerum asserantur suffocata. Nec absimiliter in hoc prælio Wladislao successit, quam naufrago institori, qui vix nudus emerit naufragio, munitissimè tamen præsidiatis urbibus, imperatoriam adit serenitatem, cuius erat sorore vxorius, à quo subsidiari supplicat, & quæ emendare nequit, emendicare studet suffragia, Cracouiam interim vastis obsidionibus val-

bus vallant, non iam pupilli, sed Principum strenuissimi, Boleslaus & Mieszko. Illamque tygridem quæ vrbe defensabat præsidia, deditio-
 ni, accedere iubent, quæ vix vrbe tandè excussa & opibus, virum sequi compellitur, quo cum in exilij calamitatibus contabuit.

COMMENTARIVS.

HEC Epistola diuiditur in duas partes principales, secundum duo bella præcipua inter ipsos commissa. In quorum vtroq; pupilli triumphales extitere. Pro quorū fortiori confirmatione, iuxta intentionem alterius Chronicæ Polonorum est aduertendum. Wladissaus Boleslai primogenitus, non morus fratrum lachrymis, nec Poloniæ Procerum precibus instantissimis, exercitum fortè, tam de Russia, quàm de alijs circumvicinis partibus congregat. Et primo Henricum de Sandomirien. deinde Boleslaum de Mazouien-
 si, ac de alijs terris fugam inire compellit, & eorum dominijs pænè omnibus improbè occupatis, ipsos omnimode exhæreditare proponit, cum quo Wszeborius Princeps militiæ vice

Z 5

tiaz vice pupillorum, sæpius non improspere
 confligit, Cuius facti confidentia Princeps
 paruuli lachrymas omittunt, & armorum stu-
 dijs animosius insistant, Proinde Wladislaus
 de suis minimè confidens, extraneorum tur-
 mas attrahit nationum, quas in fraternum ius-
 bet grassari excidium, qui tandem de nulla
 virtutis potentia, amplius præsumentes ad
 Posnaniensem urbem, quæ sola iam restabat
 præsidio, cum fratre Mieszkone conflixerunt,
 circa quam Wladislaus omne robur sui exer-
 citus explicuit, & obsidionis ingenium ani-
 mosè gessit, tantò securior, quanto militiae
 seu milite copiosior existens. Et dum à
 quanto tempore Wladislaus in obsidione Ci-
 uitatis Posnaniens, moram facit in terris Pos-
 loniæ, per barbaricam gentem sui exercitus,
 necem crudelissimè inferendo, Iacobus Ar-
 chiepiscopus Gnesnensis ad stationes exerci-
 tium accedens, papilionem seu tentorium
 Wladislai, in suo curru paruulo intrauit,
 ipsumq; sub obtestatione diuinæ vindictæ ob-
 iurgando monuit, vt à fratrum persecutione
 cessaret, & super effusione Christiani sangui-
 nis, stupratione virginum, ac violatione ma-
 tronarum, quæ incessanter barbarica gens
 sui exer

Sui exercitus nefariè exercebat, clementer cō-
 patiens, ad propria placatis fratribus studeat
 declinare. Qui dum more Pharaonis corde
 indurato, sacri Præsulis monitionibus parere
 contempsit, ipsum Archipræsul veluti contē-
 ptorem, & Christianæ fidei inimicum, ibidē
 mox anathematis vinculo innodauit, quo fa-
 cto currum de papilione exire faciens, statu-
 ram papilionis seu tentori, casu inopinato
 vector currus cum curru confregit, quæ ca-
 dens cum parte tentori Wladislaum ferè op-
 pressit, præsagium futuri mali Wladislae de-
 monstrans. Nec ob hoc Archiepiscopo fue-
 rat indignatus: sed casum huiusmodi fortui-
 tum sustinuit patienter, propter quod dubium
 non est, prolem suam partem Regni Poloniae,
 post ipsius decessum possedisse. Deniq; San-
 domiritæ, Mazouitæ, & Kuiauitæ, & Polo-
 ni dominos suos pupillos, feruentissimo affe-
 ctu insecuti, frequenter Wladislae exercitui
 parant insidias, incautos trucidant, capiunt,
 & in vincula coniciunt, & tandem cum pu-
 pillis industriose deliberantes staciones Wla-
 dislae cautè inuadere deliberant, ita signo de
 turre castri, extrinsecus dato lateribus, in sta-
 ciones Wladislae vno momento, & hi de
 castro.

castro, & hi de latibulis irruere non pauescunt, interea quidam pabulans milles strenuus quosdam de Castris Wladislai occupat, atq; capit pabulantes, ut patet latius in textu.

EPISTOLA XXX. IOANNIS Archiepiscopi Gnesnensis.

In qua per naturale exemplum declarat Wladislai interitum condignum.

EST quoddam volucrum genus, quos nonnulli Vranices, alij verò Seponas vocant. Earum est natura, ut omnium oscinum etiam suæ naturæ, nisi tempore conceptus dedignentur consortia, & quot pullos quælibet educatura est, tot nidos in diuersarum Cedrorum cacuminibus ædificat, & in singulis singula oua ponit: Vnde sepona, quasi seorsum ponens dicitur. Alias volucrum ad conandum cogit, sicut cuculus curucam, porro pulli simul nascuntur & euolant, imò stupendæ pernicitatis volatu montium, &

tium, & arborum superant suprema, & celo
 sis emensis nubibus, quia in humili aspernan-
 tur quiescere, sub ipsius ætheris puritate, al-
 to in confinio soporantur. Vnde Vranices, id
 est cælestes dicuntur, Vranos enim Græcè.
 cælum Latine. Sæpè vento prohibente ad
 ima non possunt descendere: & sic instar
 fulicarum in aere fame dispereunt. Sic sua
 istum Sepona, hoc est vxor transfigurauit in
 Seponam, qui dum Cedros occupare studu-
 it, alienas in auras vranices euauit. Qui tur-
 bine ambitionis obstante, ad se redire non po-
 tuit, & fame id est concupiscentia alienorū
 interiit. Sæpè siquidem carentia proprii
 appetitū, gignit alieni. Vnde lucra sectantes
 accessoria non modò sua, sed & seipso non-
 nulli perdidere. Illius transmarini vulturis
 exemplo, qui dum vmbra pede captat in
 gurgite, aspergine gurgitis madefactus simul
 præda excutitur, & vita, hoc est quod filius
 israhel præcipitur, quod si quenquā sibi Re-
 gem crearent, non alienigenam sed contribu-
 lem, qui opum pondera non multiplicaret,
 qui terminos terræ propriæ vel alienæ non
 mutaret. Non enim procul est vt leges tran-
 scendat, qui metas terrarum transmutat. Len-
 ge itaq;

gè itaq; fatius est mallè defungi proprio, quàm
insidiari alieno.

COMMENTARIUS.

IN hac Epistola sunt tres partes. Circa pri-
mam notandum secundum Philipum de Par-
gamo, in speculo regiminis parte 5. præce-
pto 54. Duplex concupiscentia in scripturis
reperitur. Prima est virtuosa, quæ dicitur a
ctus voluntatis. De qua Sap. 6. Concupi-
scentia ad regnum perducit æternum & per-
petuum. Alia est concupiscentia vitiosa, quæ
est actus sensualitatis. Et illa triplex reperit-
tur. Prima est honorum, & hæc prohibe-
tur. Secunda potestatis quæ abhorretur. Ter-
tia diuitiarum. Et illa est duplex. Prima con-
sistit in acquirendo, & hæc propriè dicitur
cupiditas, & prohibetur: Secunda consistit
in retinendo, & ista dicitur Auaritia, quæ et-
iam prohibetur & Deus offenditur, & pro-
ximo iniuria infertur; & omni malo se-
minarium præstat. 1. ad Tim. 6. Radix
omnium malorum est cupiditas, quam quidẽ
appetentes à fide errauerunt, & inseruerunt
se doloribus multis.

Circa se-

Circa secundam aduertendum, Dicit textus ; Appetitus alieni facit carentiam propriam. Ideò quia luera sectantes accessoria non modo sua, sed & seiplos nonnulli perdidere. Dicitur enim 1. Ethic. Quod propter diuitias multi pereunt, & hoc maximè contingit ambiciosi, qui ambientes principatum alienum, & ipsis principari inuidentes, principatum proprium amittunt, & mortem meruerunt. Exemplo Saulis, de quo habetur, 1. Regum ultimo.

Circa tertiam notandum. Habetur Deuthor. ultimo. Dixit Moyses Israeli : Cū ingressus fueris terrā, quā Dominus Deus tuus dabit tibi, & possederis eam, habitauerisq; in illa, & dixeris : Constituam super me Regem, sicut habent omnes per circuitum nationes, eum constituēs, quem Dominus Deus tuus elegerit de medio tuorum, non poteris alterius gentis hominem Regem facere, qui non sit frater tuus. Cumq; fuerit constitutus, non multiplicabit sibi equos. vt habetur in textu. Ex quo tres conditiones insinuantur. Prima. Quod homines non assument sibi Regem alienigenum seu extraneum, sed hæredem & succedentem per hæreditariā innationem

innationem. Et hoc etiam Venerabilis Aegidius de regimine Principum, 3. part. 2. cap. ult. intendit & triplici via ostendit. Prima sumitur ex parte Regis : Secunda filii ; Tertia populi. Primum sic patet. Quia Rex considerat, quod filius suus in Regimen Regni succedat. Secundum patet sic : Filii in vices patrum succedentes, non inflantur neque elati efficiuntur, ut in tyrannidem conuertantur. Tertium patet sic : Quia populi facilius filio Regis, quam vni extraneo obediunt ex consuetudine, quae est altera natura. Secunda conditio. Quod Rex opum pondera non multiplicet, secundum Polycr. lib. 4. cap. 5. Et aurum sibi Reges thesaurisant, cum ex calumnia questum, de paupertatibus aliorum abundantiam, de rapinis diuitias quaerunt, & singularem sibi beatitudinem in calamitatem multorum statuunt. Tertia conditio. Quod Reges terminos terrae propriae vel alienae non mutant. Non enim decet secundum Aegidium, lib. 3. par. 2. cap. 9. Regem per vsurpationem & iniustitiam dilatare suum dominium. Nam ut dicitur in Polyt. Durabilius est regnare super paucos, quam super multos, quod maxime verum est, si huiusmodi mul-

modi multitudo ciuilibus potentiaë acquisita
 sit per vsurpationem, & iniustitiam.

EPISTOLA XXXI. MATHÆI
 Episcopi Cracouiensis.

De successibus Boleslai Crispi fratris
 Wladislai.

HVIUS religionem sententiæ pænè su-
 perstitiosè coluit frater, & successor
 Wladislai Boleslaus. Nam etsi familiare sit
 Adæ filijs luera sectari, consultius tamen iste
 sibi consuluit cupiditatum causas amputare,
 quàm occasiones ambitus aucupari. Igitur
 suæ dignitatis primitias erga fratres, plus quàm
 fraterno conseruata affectu. Non ea tamen de-
 ferens, quæ ratio successionis postulasset, sed
 impertinentes quoq; Prouincias, sacra indul-
 tione collargiens Mieszko, uidelicet & Henri-
 co: nam Casimirum utpotè adolescentulum,
 quasi filium familias in domo sua aliquanti-
 sper habuit, non ut ulli gratiam participij
 prorsus inuideret, sed ne tenellum vitis pal-
 mitem, sine ipaxilli adminiculo vento deuitatis

exponeret. Nemo enim ex insipientibus sibi est relinquendus, quia quod est flammæ oleum, hoc adolescenti libertas. Vnde quidam Bñssinas, inquit, infantia fascias natura texuit, aureas adolescentia catheras prudentia fabricauit. At verò Wladillus sui non immemor, cum sufficientem sese vleiscendi non haberet facultatem, Regem Pragitarum vt cū que sibi conciliat, cuius ope Russi flammam Draconis contra Boleslaum sollicitat, causam affinitatis pro se cogentissimam sanguinis rationem pro vxore & liberis, apud Imperatoris culmen Maiestatis allegat, presertim cum in ipso sit asylum refugij, portus naufragantium, desolationis solatium, vnicum desperationis remedium, totius deniq; calamitatis subsidium. Proinde non tam allegationibus persuasivis, quàm importunis illius ineptis processibus, Imperator Boleslaum crebris legatorum interpellationibus fatigat, vt fratrem nō Regno, sed patrimonij cōsortio restituat. Qui quanto pertinaciùs monitis parere detrectat, tanto acriùs animositatem in se Imperatoris exasperat. Quia nec impunè contra stimulum calcitratur, nec securè contra torrentis impetum nauigatur. Igitur omne Imperij robur

in vnum

In vnum virum coniurat: manus omniū contra Boleslaum, manus Boleslai contra omnes bicorne illi diadema proponitur, aut Regno cedat, aut campestem belli conflictum non declinet. Sed vtrumq; vir industrius de die in diem procrastinans, sine bello configit, sine prælio triumphat, amputat enim ac intercludit omnia vndiq; versum pabulorum subsidia. Vnde in castris hostium paulatim increbescente rerum inedia, illud inuictissimarū robur legionum, illæ famosissimorum phalanxes famis peste contabuerunt. Non parui deniq; temporis interiectu, exule vltimū functo diem, non minis insistit Imperator, sed precibus, non armis instat, sed gratia, vt sicut in fratre delinquente districtus extitit, sic in reliquis eius non impius appareat, vt saltem ipse orphanorum ipsum misereat: nec enim æquum est paternæ acerbitatē vix, gignias filiorum obstupescere. Quia verò natura pietatis est imperatrix, & pietas gratiæ collectea, Boleslaus qui ab Imperatore vincī non potuit, naturæ non dedignatur obedire, imperio & gratuito amplexu fraternos ab exilio excipit, quorum nomina adaltioris Boleslaus, minoris Leszko siue Mieszko. Lori-

pes, minimi Conradus. Eosq; sacra Sileuciæ donat Prouincia, tam ob gratiæ insignie, quã ob orbitatis solatium. Nam tertium nomine Conradum cuidam Cænobio coniecerat, nescio propria professio an paterna deuotio. Quia verò quasdam illi Prouinciæ vrbes, ad abundantiorẽ cautelam donationem exceperat, multorum ea res malorum peperit occasionem, & fuit incentiuum pænæ, siquidem in ipso ingressus vestibulo, non donationis, non beneficii titulo, sed hæredibus vrpote legitimis, successione legitima dicta sibi accessisse Prouinciam asserunt Wladislaidæ, imò ad similitudinem postliminio reuersorum iure, postliminij restitutionem petunt, submouetur illorum intentio transactionis exceptione. Renunciastis, inquit Princeps, hæc in parte iuri vestro, cum sit iuris exploratissimi omnibus licere, quæ pro se indulta sunt renunciare, probationem illi exceptiones non exigunt, sed replicant renunciasse. Nos fatemur sed expoliatos, sed coactos, ideoq; ius restitutionis nobis competere, qua pendente, nolunt pendere, sed expoliatorum iure possunt restitui, ne, quod ius non patitur, iniuri agere cogantur. Vrgentioribus interea occupato

occupato Principe, occupant illi municipia arte muniunt, roborant præsidjs, quod pius Princeps æquanimiter tulit, asserens nihil honoribus, nihil utilitati Reipub. hac in re detractum, si quæ sunt aliena reddantur. Næ frondium, inquit, robur, est gloria stipitis, & robur stipitis gloria frondium. Sed non desunt artifices, quorum ingenio, quorum arte lux in fumum degenerat, sol furnescit in tenebras. Hi per crebro candentes, ad-mouent suggestionum prunas. Non vides, inquit, prima nepotum auspicia, iam nunc iure patrisare gestiunt. Nam quid de radice paluiri, nisi spinacius, quando sine aculeis nascitur ericius, cognati saporis esse constat lupinum cor, & lupini cordis brodium. Quibus ille non mouetur quidem, nec enim suæ plantationis surculos eradicare studuis-sent, sed vt consulentiùs morem gerere videretur, motum animi simulat, nec qualia potest, sed qualia cogitur, illis prælia infligit. Quouis autem animo gesta fuerint, nō vulgaria credas *Wladislaidas* taxasse commero-tia, qui totiens tot principum conatus nō solūm exsufflauere, sed in paruo probatæ militiæ glomicello, de tot exercitissimorum

millibus persæpè numero triumphauerunt. Sic leonis catuli tygridum atrocitatem non nunquam examinant; præcipuum verò industriae studium, in populandis Getharum Pro-uincijs Boleslaus impendit, quos non tam personis, quàm animabus constat esse infestos, quorum quibusdam vix tandem post multa bellorum discrimina subactis, hoc edicto iussit promulgari, vt qui Christianæ characterem religionis elegisset, absolutissima donatus libertate, nullum in personis, nullum in fortunis pateretur dispendium, qui autem sacris legum gentilitatis ritum deserere neglexisset, vltimo capitis infortunio indilatè plecteretur. Sed admodicum parens vapor illorum religio fuit, tantò videlicet breuior, quantò co-actior. Mox etenim fallax illa ranunculorū lubricitas, in apostasiæ refilix gurgitem, in-clytris idololatriæ sordibus obscurius immergitur. Quod scelus quantò segnius, quantò interpellantius propulsatum est, tantò grauiori Poloniam adegit discrimine. Sufficere siquidem sibi arbitratus est Boleslaus, si quod Principis est, dependetur Principi, licet quod Dei est, denegetur Deo. Non enim vlla exitigitur apostatici vltio piaculi, dummodò sal-
na sit

ua sit tributalium reuerentia pensionum. Sed qui salutis fidem, qui salutare fidei rescindere fœdus animo horruit, coactæ seruitutis pæctum qua obsecro deuotione custodiuit & Omnis namq; seruitus in sacco miserabilis est, in purpura miserabilior, nec solùm tributa non dependunt, sed contingentia quæq; occupant: occupata dirumpunt, dirupta luporum instar asportant. Vnde factum est, vt quem Zelus Dei moliter torpentem non mouit, durior saltem tribulationis ictus sterentem excitarer. Itaq; in globum coacta exercitatissimorū numerositate Gethicas parat irrumpere Prouincias, nulla prorsus arte munitas, sed situ inaccessibiles. Est autē lucus in ipso transmeatus vestibulo, desertis vndiq; confertis rapsalibus, in quo limosi abijssus bituminis sub quadam graminis vernantia delitescit, asserunt exploratores, ac Duces exercituum transeundum lucum exploratissimum reperisse compendium. Erant siquidem & hostium corrupti donatiuis, & amicorum insidijs subinstructi, ac omnium electissimorum primæ certatim ruunt acies, per angustum semitæ limitem, cum ex insidijs atrinsecus hostes ebulliant, nec venenatis, ve

natis, vt aliàs assolent, iaculantur spiculis, sed quasi cuiusdam torcularis impressos prælio, cominus confodiunt, ipsis vtrò in cuspides more aprorum, his vlciscendi animo, illis succurrendi studio ruentibus, maiorque numerositas proprii mole impetus accidit, quàm occisione còrruit, nonnullos armorum pressos pondere dehiscens abissi profundum absorbit. Quidam ramalium nexibus ac veprium intercepti obtruncantur, omnes repentinæ caligo mortis inuoluit. Sic arte proditoria ceciderunt arma bellica, sic bello imbecilli virtus inclytorum emarcuit, quorum nomina, personas, generositatem, prosapiam, dignitates, stituitatem, industriam, fortunas, vt superficietenus quidem cursim attingere, nec dum differendo exequi omnis disertissimorum sufficeret facundia, quos lamentationum varietates à diuersis diuersimodè deploratæ vsq; hodie lugubriter deplangunt. Extunc tam in semet, quam in filijs bellici Boleslaum deseruisse successus, quorū natu maior paterni duntaxat hæres nominis, obitum patris obitu suo antecessit. Minor vtrò cuius nomen Leszko Mazouiensem, & Cuiuslensem Prouincias huius Legati testamento

stamento hæreditat, Leszko filius meus Mazouia, simul & Cuiavia, vnicus in solidum hæres esto. Frater meus Casimirus pupillares gerens interea vices, non tutorio procuret officio, sed paterno foueat amplexu, De Leszkone si quid humanitus obtigerit, idẽ frater meus Cazimirus earundem Prouinciarum vnicus, in solidum Hæres esto. Iam si quidem emancipatus Cazimirus fratris demortui Henrici, nõ ab simili testamento Principatui successerat. Discessit autem Boleslaus ætate matura, non denexa, & appositus ad numerum Patrum suorum.

COMMENTARIUS.

HAEC Epistola diuiditur in sex principales partes. In prima describit Boleslai pietatem erga fratres suos, Mieszkonem videlicet & Henricum, & Cazimirum exhibitam, quibus non solum partes hæreditarias testamentaliter per Patrem ipsis assignatas tribuit, sed terras alias ad eos non spectantes hæreditariè condonauit. Cazimirum verò, qui infantulus fuit, quasi filium nutriuit, & nutriri commisit, & partem hæreditatis

reditatis suæ & Dominiij, vsque ad ætatem maturam conseruauit.

In secunda parte. Industrium triumphū Boleslai aduersus fratrem suum Wladisslaum, & omnem fortitudinem Imperatoriam contra Boleslaum in vnum collectam ostendit. In quo dictus Boleslaus sine prælio, mirabili modo conflixit, & absq; bello triumphat.

In tertia parte. Eiusdem Boleslai naturalem pietatem explicat, qua pietate naturali, mortuo fratre suo Wladisslao exule motus Boleslaus, filios dicti fratris sui mortui, Boleslaum videlicet, Mieszkonem Ioripedē, Conradumq; ad se aduocat, & gratè excipit, Quibus Prouinciam Sileuciam gratiosè ad consolationem orbitatis certis cum ciuitatibus sibi exceptis condonauit. Minimus uerò ipsorum videlicet Conradus, fortè paterna ductus deuotione, Monasterium subintrat.

In quarta parte. Discordias & bella inter præfatos filios Wladisslai exulis, videlicet Boleslaum & Mieszkonem Ioripedem parte ex vna, & Boleslaum Regem Poloniae parte ex altera prosequitur. Quapropter dictarum ciuitatum in Sileucia ad abundantiorē causam per Boleslaum exceptarum, a possessione ne-

one nepotum ortum habuerunt. Quas ipsi habere gestientes, prædictas discordias, & bella Boleslao crebrius inflixerunt, & tandē ipsas Ciuitates exceptas Boleslao, circa magis ardua occupato obtinuerunt.

In quinta parte. Boleslai diligentiam præcipuam circa Getharum seu Pruthenorū subiugationem determinat. Quos Boleslaus post multa bella cum eis commissa subiugauit, & ad fidem Catholicam conuertit, qui in ritum Paganicum citò post hoc recidiantes, Boleslao in suo Regno multa mala infidelium opressione, ac rapinarum more luporum, & asportatione fecerunt, contra quos iterum dùm Boleslaus bella mouit, per fraudes & dolos ipsorum miserabiliter succubuit, & ideò ab illo tempore Boleslaus bellare cessauit. Et meritò: Boleslaus enim gentibus recidiuis in sua perfidia dimissis, voluit duntaxat tributo gaudere, & non fidem Catholicam pro diuino honore dilatate.

In sexta parte. Describit Boleslai obitū, & suo filio Leszkoni, ac fratri proprio ministro, videlicet Cazimiro, cuius ipse Boleslaus tutor fuit, testamentum factum.

Circa quod aduertendum est, secundum intentionem

intentionem Philosophi, 2. Rhetoricorum, & venerabilem Aegidium lib. de Regimine Principum, 1. par. 4. cap. 2. Sex sunt mores Iuuenum vituperabiles. Sunt enim Iuvenes ventibiles, in agendis modum non habentes, passionum secutores, creditiui, contumeliosi, & mendaces. Primò, inquã, sunt ventibiles. Et meritò. Anima enim sequitur complexionem corporum. Sicut igitur in corporibus iuuenum humores sunt in magno motu, sic ipsi habent voluntates, & concupiscentias valde ventibiles. Secundò iuvenes sunt, modum non habentes, omnia enim faciunt valde. Vnde dicitur Rhetoricorum 2. Quod iuvenes amant valde, oderunt valde. Hoc autem ideò est, quia sunt acutæ iræ, & habent vehementes concupiscentias iræ. Iuvenes igitur quia magis viuunt passione, quam ratione, ideò bonum est, ne libertati propriæ committantur, sed potius frenis & cathenis habenarum, seu obedientiæ compeſcantur. Ideò Boleslaus Cazimiro iuueni tanquam insipienti, & passionum insecutori, ventibili, & modum in suis actionibus non habenti, Regni partem non tribuit, nec ipsum libertati propriæ commisit, sed ipsum sub obedi-

sub obedientiæ suæ manibus fouit, & educavit. Iuueni enim libertas est nociua, & obedientia proficua.

EPISTOLA XXXII. IOAN- nis Archiepiscopi Gnesnensis.

In qua super materia totius operis nonnulla refert.

PAR erat non absimile nos tibi debere conuiuij apparatus, & aliquo appetitus fomentario, hoc etiam inconditi saporè obsonij palato persuadere. Sed & te somnus urget, & nos naturæ dormitionis hora præmit, imò tantus in me sopor somni irruit, vt citra gratiarum actionem linguæ officium amputetur. Ideoq; quod superest, erratorum venia ineptiarum iudicis, ne à conuiuiis expetita obdormiscamus in Domino.

COMMENTARIVS.

IN hac Epistola facit tria. Primò suum morem solitum, à principio huius operis hucusque obseruatum, exponit. Hunc enim modum

modum hi Patres venerabiles seruauerunt ,
 quod ambo super eadem materia dictauerant.
 Mathæus materiam principalem diseruit , &
 Ioannes gesta similia adduxit , vt magis lucide
 explanassent rem gestam per similem materiam
 ad propositum adductam. Secundò causam
 adijcit se retrahentem , scilicet , fatigationem
 nimiam virium , quæ & officium linguæ sibi
 impediuit , & gratiarum actiones referre
 ipsum non finit. Tertiò de erratis veniam,
 ac indulgentiam à legentibus hoc opus pe-
 tit , & demùm huic operi finem imponit
 dicens : Obdormiscamus in Do-
 mino , per secula seculorum.
 A M E N.



VINCEN

VINCENCII KADLVBEK

De gestis Polonorum.

Liber IIII.

CAPVT I. PROEMIALE.

De munere periculoso, & difficili in
 conscribendis Regum, & Reipu-
 blicæ gestis.

ADERAT autem quidam vernaculus
 atramentarium gestans cum calamo, ad
 fumantem demum gerens faculam. Hic uni-
 uersas conuulsiuæ pensiones, fidelissimè compen-
 dio cautionis annotauit. Cuius supputatio-
 ne solertiùs dispecta præses epulantium, ait:
 Euge frugi, euge vernacule, qui tam cautio-
 nandi cales industria, ut nihil de commisso
 tuæ dispensationi stipendio aut deperire si-
 nas, aut in sinu obliuionis relabi permittas,
 res ad præsens postulat, & ratio exigit, ra-
 tionalitatis officio te debere insigniri: Esto
 deinceps

deinceps vnicus ac singularis huius Reipub.
 rationalis. Quicquid igitur instantis propo-
 siti personis, dignitatibus, officijs, negotijs,
 æstimaueris concedere, tuo munere dispen-
 setur, tuis cautionibus annotetur. Totus diris-
 guit ille clientulus, tanta rerum propulsus
 maiestate, imparemq; sese obrestans, causas
 vndiq; subterfugij aucupatur, qui vix tandē
 imperio magistratus effractus. Arctor, in-
 quit, nimis, nec vlla est mihi hac in re de-
 speratio displicendi. Nam hic veritas odium
 parit, inde indignatio minatur supplicium. Nā
 quis horrentes quæso tubulos nudo pede im-
 pingere non horruit? Quod si aliquid aut
 fauore, aut metu ex cognitibus frutim sup-
 pressero, fraudati census non effugio caute-
 rium. Sed longè aliud messoris est munus,
 aliud officium agricolæ spinetis occupetur,
 agricola nostri sudoris est, spicas licet sparsas
 vnā in messem colligere.

COMMENTARIVS.

ISTIVS Quarti Libri, de reliquis gestis
 Illustrium Principum ac Regum, inelytis-
 simi Regni Poloniæ propriè, Author fuit
 Vincencius

Vincencius Kadlubek Episcopus Cracoui-
ensis. In quo libro non per modum Dialo-
gi, vt in libris tribus præcedentibus pro-
greditur, sed modo simplo, materias gesto-
rum differendo, exequitur. Non ergo per
Epistolas in hoc libro, per Dominum Vin-
cencium gesta Regni Poloniæ differuntur,
sed per capitula explanantur. Ideò Princeps
Cazimirus committendo Domino Vincen-
cio rationalitatis officiũ, appellat ipsum rati-
onalem huius Regni Poloniæ, singularem ac
unicum, videlicet in præsentis Proæmio. Et
diuiditur iste liber in tot partes, quot in eo
gesta Regni Poloniæ personalia, & memo-
ratu digna, Dominus Vincencius describit.
Quorum omnium ordo, & numerus, in pro-
cessu patebit: præcipuè autem iste liber di-
uiditur in duas partes, scilicet in partem
Proæmialem, & Executiua. Executiua
incipit ibi: Defuncto itaq; Boleslao, &c.
Proæmium autem diuiditur in quatuor par-
tes personales.

In prima parte Dominus Vincencius
Auctor huius operis, causa humilitatis no-
men suum subicendo, refert se fuisse fidelis-
simum, ac studiosissimum conscriptorem, ac

Notarium gestorum Regni Poloniæ.

In secunda parte, refert idem Dominus Vincencius rationalitatis officium sibi per Principem Cazimirum commissum, propter suæ fidelitatis & industriæ Chyrographum. Deinceps enim Cazimirus, visa Domini Vincencij Episcopi Cracouien. diligenti, ac studiosa, breuiq; ac vtili, negotiorum Regni Poloniæ conscriptione, qua nihil deperire sinebat, aut obliuioni tradi permittebat, sed singula gesta dignitarum, officiorum, negotiorumq; conferebat, prece multa dicto Domino Vincencio supplicauit, quatenus illa gesta, sic scriptis redacta, ordinatè collegisset, & gestis in tribus libris præcedentibus adiungeret.

In tertiâ parte, Dominus Vincencius causas allegat, & assignat, quæ ipsum ab hoc officio scribendi potuissent excusare. Quarû prima fuit in sufficientia Vincencij, ad hoc officium excelsum peragendum, istam causam ipse ratione humilitatis suæ allegat. Dû enim Vincencius attenta difficultate in gestorum Regni conscriptione plurimum persimuit, ac dissimilem seu insufficientem se reputans, ad officium rationalitatis tam excelsum,

cellum, possidendum, & peragendum, causam subterfugij quæsiuit, qui tandem vix imperio optimatum Regni Poloniae deuinctus, & compulsus, cum displicentia non modica hoc opus Chronicographicum est aggressus. Secunda causa excusans, quam allegauit, fuit displicentia non modica ex gestorum Regni veridica conscriptione. Cum enim inscribendo gesta Regni veritas mera refertur, plures concitantur in odium, & concitati in odium scribenti, & vera gesta referenti, mittantur supplicium. Teste enim Terentio in Andria. Hoc tempore obsequium amicos, veritas odium parit. Quem allegat Tullius lib. de Amicitia, & subiungit dicens: Molestissima est veritas, siquidem ex ea nascitur odium, quod est amicitiae venenum. Si vero Chronicographus ex timore, aut fauore veritatem inficiatur, dignus est velut fur & latro, vt cauterio furum plectatur.

In quarta parte Proæmij causam ponit, quæ ipsum ad opus exercendum alliciat, scilicet facilitas gestorum disparum in vnum colligendi. Non enim hic Dominus Vincencius aliquid dicit se adinuenisse, sed solum gesta hinc inde sparsim conscripta in

vnum librum ordinatè reposuisse. Faciliùs enim est parata colligere, quàm aliqua ex proprio ingenio inuenire. Multa enim sunt, quæ per doctriationem habemus, modicà verò, quæ per inuentionem acquirimus.

Circa literam præsentem, & Epistolam præcedentem est aduertendum. Opus præsens Chronicorum, conuiuij nomine transumptiuè nuncupatur. Vnde secundum Polyocratum lib. 6. cap. 10. Ad Philippum de Pargamo, par. 5. prec. 46. Triplex reperitur conuiuium, scilicet, Plebeium, seu vulgare, Ciuile, & Philosophicum. Primum conuiuium est, quod non temperatur Philosophi arbitrio, & sæpè prodigalitatìs, aut auaritiæ nota est. In his homines se poculis ingurgitant, & distendunt, & donec horexim rabidam excutiant, aliquid festiuitatis, aut amicitia, credant, esse subtractum. Ad tale conuiuium homo non debet propere, quia non solùm fit gratia refectionis, sed aliquando causa perditionis. Tale enim conuiuium parauit Absolon fratri suo Amon, in quo eum interfecit, 2. Reg. & similiter Boleslaus Beato Venceslao, & in tali conuiuiuo, Herodes decollauit Ioannem Baptistam.

In isto

In isto conuiuio vrgeat vanitas, & voluptas, ideo sine graui peccato sæpè non contingit. Secundum conuiuium est ciuile, & hoc est medium inter Philosophicum, & Plebeium. Et secundum Polycratum vt supra. Ciuili- ter conuiuari, est hilari vultu, larga manu, diligenti officio conuiuium emanare, id est, dulcorare, & quod in vsum suppetit, habita ratione, personarum loci, & temporis. Singulis dispensare, non ex tristitia, nec ex necessitate, cum hilarem datorem & Deus diligit. Maximè enim secundum Polycratum, in hoc conuiuio amenitas, & vultus hilaritas exigitur. Quidquid enim in olla fuerit, & in mensa splendet, insipidum, & insultum est, si non hilaris vultus saporem augeat charitatis. Vnde Aesopus. In tenui mensa, satis est immensa voluptas. Nobilitat viles frons generosa dapes, commendat cibos, conditq; clementia vultus. conuiuiam satiat plus dape frontis olor. Tertium conuiuium est Philosophicum, & hoc omninò est castigatum, & suis regulis limitatum, sobrium enim est, & omni luxuria priuatum. Non enim tale conuiuium impedit societatem, nõ reuocat memoriam rerum gestarum, non exci-
cutit

cutit, nec aliquis à quocunq; virtutis officio retardatur: qui enim versantur in talibus conuiujs, possunt nulla cibi, potusque, impediēte molestia, suis officijs insistere. Et meritò. Philosophia enim secundum Alphonabium, lib. de diuisione Philosophiæ, est humanarum diuinarumq; rerum cognitio, cum studio bene viuendi coniuncta. Ipsa enim est quæ vniuersis præscribit modum, vnde, & nihil rectè procedit, nisi se ipsa rebus asserat, quod verbis docet: Quid enim prodest, verbis, manibus, ventilare in scholis virtutis officia, si non actibus ex vita solidentur? Opus ergo Chronicorum, & cōscriptio gestorum Regni, in notitiam futurorum nomine conuiujs ciuilibus, & Philosophicis, nuncupatur pluribus ex causis. Primò, quia secundum Polycr. lib. 5. cap. 10. Sicut in conuiujs, hoc est, in iucundo conuiuantium cætu, omnia debent esse nuda, & in amore, & in fide, nihil debet esse absconditum. Sed si fieri posset, oculos in pectora sua inuicem è mutuo transferrent conspectu: sic negotia in chronics digesta, debent esse nuda, & manifesta, fideliter ex charitatis affectu expressa. Secundò. sicut in conuiujs, juxta Va-

iuxta Valerium Maximum, libro 2. cap. 2. de institutis. Antiqui maiores natu ad ribias egregia superiorum opera carmine comprehensa pangebant, ad ea imitanda iuuenum virtutem alacriorem redderent. Sic in gestis chronicorum priscorum, virtutes, & gesta referuntur, vt succedanei ad virtutes, & gesta laudabilia, similiter facienda prouocentur. Tertio, quia secundum eundem Valer. lib. 2. cap. 1. Conuiuium solenne maiores instituerunt, cui preter cognatos, & affines, nemo interponebatur. Sic in chronica solum gesta Regni principaliter debent explanari: quanquam & gesta possunt adduci aliorum deseruientia, tamen ad principale propositum. Quarto, quia sicut in conuiujs homines debent esse modesti, & pauci loquaces: iuxta illud Catonis. Inter conuiuas, sic sis sermone modestus, ne dicare loquax, dum vis urbanus haberi: Sic gesta in chroniceis contenta, debent compendioso & urbano sermone comprehendi, & perstringi, sicut se Vincencius fecisse attestatur in principio huius Prologij. Quinto, iuxta Polyer. lib. 8. cap. 10. In conuiujs obseruandum est, vt instituendæ familiaris, & domus regendæ cura, & seruiliis obsequijs.

obsequij moderatio, vni alicui demandetur, ne quid ineptum, & intemperatum appareat, ne quid stupendum, aut erubescendum emergat: Sic & gesta, cum per chronicas explanantur, vni alicui perito, literato, & consulto, conscribi demandantur, per quem officia, dignitates, & negotia singularum personarum commodosè describuntur. Et hoc perhibetur fecisse strenuissimus Princeps Cazimirus, filius Boleslai Krzywousty, Princeps Poloniae, qui Praeses epulantium in littera appellatur. De cuius vita in libro praesenti tractabitur. Ipse enim visa diligenti gestorum conscriptione, Domini Vincencij Kadlubkonis Episcopi Cracouien. commisit sibi, tanquam perito, literato, & consulto, officium rationalitatis, vt eadem gesta conscriberet, & vnicuique, quod suum est, dispensando attribueret, vt textus Proemij attestatur.

Secundo notandum circa hoc, quod dicit textus. Vix tãdẽ imperio magistratus effractus. &c. Hoc imperium Magistratus, id est Principis Cazimiri, & Optimarum suorum fuit deuota supplicatio ipsorum, quae Magistratus petitio, habetur pro imperio.

Caput sec.

CAPVT II. EXECVTIVVM.

In quo Vincencius prosequitur gesta
& negotia Regni Poloniae.

DEFVNCTO itaq; Boleslao, successit
frater eius tertius Mieszko, qui sicut
erat natu fratri proximus, sic non interpela-
ta Regni successione continuus. Astupebant
illi contingentes Prouinciæ, adfauebat vn-
diq; remotissimorum Principum sublimitas,
assurgebat omnis dignitatum gloria, atride-
bat omnium fortunarum elegancia. Nun-
quam illi, aut votorum successus, aut bello-
rum defecere triumphi; in omnibus par
beatissimis, si qua tamen dici potest cadu-
corum beatitudo, super omnia beatorum vo-
ta transcendenter; in vtroq; sexu numerosæ
prolis substantia, & masculinâ quidem pro-
le, omnibus terribilis, femineâ verò, cunctis
gratiosus; vtrorumque affinitatibus, quàm
plures mundi partes deuinxerat. Dux Bo-
hemorum Boleslaus gener eius. Dux Lora-
ringiæ Fridericus Imperatoris nepos eius.

Bb 5

Marchio

Marchio Dedonides gener eius : Dux Ma-
 ritimæ Boguslaus gener eius : Dux eius-
 dem filius gener eius. Dux Galitiæ focer fi-
 lij. Dux Pomeraniæ focer alterius. Dux
 Rugianæ focer tertij. Nam quidam filiorū
 eius inconiugati decesserunt t Sunt autem
 nomina filiorum eius. Odo, Stephanus, Bo-
 leslaus, Mieszko, Wladislaus, quorum duos,
 videlicet & Stephanum, ex filia Regis Un-
 garorum, reliquos ex filia Regis Ruthenorū
 susceperat. Quid amplius ? nihil prorsus il-
 li visum est humanæ felicitatis ad tumulū
 defuisse ; quamuis nemo tam sit felix, qui
 non cum aliqua suæ felicitatis parte fixetur.
 Accessit ad hæc, imò super hæc tantæ cel-
 situdinis apex ; summa Regum, exæquans fa-
 stigia. Sed summum sæpè infortunium,
 summa pariter prosperitas, præsertim cum om-
 nis gloria, quò sublimior est, eò ad lapsum
 proclivior. Ille siquidem tot prerogatiuarū
 fretus privilegio, cuiusdam, proci dolor,
 securitatis insolentia, in quendam incircum-
 spectionis torporem prolabitur, cum nulla
 sit in summo tranquillitas. quod si illa est,
 breuiuscula est, ipsa sui serenitate proximum
 pronunciat, tempestatis naufragium. Surre-
 xere liqui-

xère liquidem viri Belial, viri pestilentes,
 persequentes pietatem, subvertentes iudiciũ,
 nihil æquum iudicantes, nisi quod impium;
 nihil pium consulentes, nisi quod iniquum.
 Audi consilium. Non est, inquiunt, Princeps,
 qui meticulosus est: porro quis eo
 meticulosior, qui etiam timet, ne timeatur.
 Si ergo imperare vis, timeri te oportet, non
 timere. Rursus: Deuotè coli Princeps con-
 uenit, non fastuosè contemni: Vbi autem
 est deuotio, ibi reuerentia: vbi reuerentia,
 ibi timor. Est enim reuerentia, cum pau-
 re mixta dilectio: ergo timore sublato, nul-
 lus deuotioni, nullus reuerentiæ, locus relin-
 quitur. Quapropter, ne populus insolescat,
 instanter causæ insolentiæ amputandæ. Ideo-
 que in fortunis eos mulctari oportet, non re-
 rum luxu dissolui. Est namq; nouerca reue-
 rentiæ mater contemptus rerum lasciuia.
 O prudens prudentum consultatio! Nec e-
 nim absimili persuasus consilio, Salomonis
 filius Israelitarum consultationi respondit:
 Minimus digitus meus, grossior est dorso
 patris mei: meus pater cæcidit vos virgis,
 ego cædam vos scorpionibus. Quo terrore
 scisæ sunt à tribu Iuda, & Beniamin decē
 tribus,

tribus, & creauerunt Regem sibi seruum eius Ieroboam. Cognitis ergo consilijs, consequens est, vt agnoscas eorundem iudicia. Vrsum in nemore occidisti? O quam piacularare flagitium perpetrasti, sacram enim indaginis immunitatem perfregisti. Non irrationabiliter tamen allegas, ab eadem fera mellifices tuos demembratos, quosdam penitus extinctos, absorpta mellificia, greges armentorum interemptos. Sed ponatur, omnem omnino, eadem spirante bestia, hominum securitatem expirasse, sunt quidem hæc ultione digna, sed non sine potestatis autoritate abs te vlciscenda. Non enim nescimus quid in propriarum vltiores iniuriarum iura censeant. Contempta itaq; iuris dignitas, iudiciariæ indignationem seueritatis habet vlticem. Nec dispari passu, instantis atrocitatis sceleris, ambulat cum crimine læsæ Maiestatis. Non est ergo, quod septuaginta multa talentorum hoc in casu remoretur, cum omnium similibus, in eo, quod similia, idem sit iudicium: alius aduenam, seu peregrinum obsequio suscepit, trahitur in ius plagæ, accersitur hic aduentus, seruus est aut ingenuus? Si liber est: qua fronte

fronte liberum caput seruituti mancipasti & nec enim inficari potes, quod tui luce glariùs declarat calliditas ingenij, reum te euidentiſſimè conuincit ipſa rei euidencia. Si ſeruus eſt, alienum poſſides mancipium, vt iuſto titulo, nec bona fide, cùm neutrum probare poſſis, eas namq; inſtrumentorum, ſeu atteſtationum rationes, quas aſſeris, noſtri diſciplina temporis non patitur. Igitur Plagn conuictus nomine pænæ ſeptuaginta compone. Amplius? Iudæum ſcholares caſu percufferunt, eidem pænæ, ab eiſdem Iudicibus, tanquam ſacrilegi adijciuntur. Vicinum pecus penes te profeſſus es, abi geatus conuinceris, infer fiſco ſeptuaginta. Sed humaniſſimè tecum agitur, ſi numerata pecunia poſſis abſolui: cùm ad pondus fiſci, explorariſſimo debeas iure in metallum potius condemnari. Eſtimat ille minus o- ueroſum, numerata exonerari quantitate, quàm inſtantiffimè prouiſam offert, numerat, gratiam ebolutionis poſtulat. Inſpicit Theſauriſta, conſiderat Apocripharius, conſternatur, proclamat, Pape. Vnde tam repente vobis, tam nouus hiſtrio ridiculo nos proſtituit, nebulo proſus ridiculus, qui ſquas

qui squaminis, ac paleis æris cuiusdam abiectissimi, nos circumuenire contendit. Quibus illi : Nonne currentis monetæ multam debeo ? Dicunt ei : Sanè vtique numisma Principis numera non paleam. At illi : Trapeſitarum est ea culpa, non mea. Aiunt illi : Caue ſtultiloquio, profundius impingas, trapeſetas ne nominaueris, ne falſarij numismatum temetiſſum condemnes, quia beſtia, quæ montem tetigerit, grandia bitur. Quibus ille : Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia : obſecro tamen, quid me iubetis facere ? Suffocant eum : Redde quod debes. Respondit : Quidnam reddam & numeratum debeo, numerare cõtemnitis ? Habebant autem ſolidos aliquos ex argenti vena puriore nuperimi numismatis, & recenter eorum arte fabrefacti, illud vnum, & vnicum, iſtantis eſſe temporis, numisma, & afferunt, & exigunt : ea verò, quæ te abſolui eſtimas, exautoratam eſſe monetam, & iam pridem abiectam, non dubites. Non deeſt illis malitiæ ſocietas callidè ſubornata, iurant omnes, imò peiorant, numismate non modò reorum quosdam abſolutos, ſed plurima militum depenſa ſtipendia. Quid tandem

tandem & tortoribus mancipatur, Cathenis
 constringitur, ergastulo includitur, Quicquid
 est in personis, quicquid in fortunis, aut
 prædijs, fisco deputatur. Qui ad extremam
 assis exoneratus vnciolam, imò ad extremum
 vnciolæ minutum, quæstionibus districtissimè
 perurgetur se esse soluendo confiteri. Fama
 est etiam, emeritos sacri ministros altaris,
 inter istorum fascias pædagogorum, & inter
 ipsa ærepondia expirasse. Isti sunt tui Iudi-
 ces, isti sunt tui Consules, Cræconia. De
 his dictum puta, consilium sua de re iniqui
 est toxicum in pixide medicantis, iudicium
 in lingua impij, est gladius in manu furio-
 si. Multa præterea silentio prætereo, quia
 non tam vera, quam ab æmulis conficta ex-
 istimo. Nec enim super Principes, pru-
 dentia præditus Princeps, hæc aut ignora-
 re, aut dissimulare potuisset, sciens quod
 latentes proreta scopulos periculosè ignorat,
 prominentes verò periculosius dissimulat.
 Enimverò tam crassa, tam supina ignora-
 tia in virum, tam probatæ circumspectio-
 nis, cadere quomodo potuit, præsertim cum
 oppressorum vndiq; lachrimosior, vt aiunt,
 ciulatus querulosus perstreper vagitibus, San-
 ctissimo

&issimo Cracouiensium Antistite, cuius no-
 men aureo insculpendum est calamo, Getko-
 ne tuba exhortationis iugiter preconante,
 ac maleficos crebrius à maleficij pertinacia
 dehortante. Nec enim negligere, aut silen-
 tio sepelire pius Pastor quieuit, tam ærumno-
 sam sui cladem gregis, absq; suæ salutis di-
 spendio. Hic matronam ex industria quan-
 dam habita lugubri, vultu mæstiore Præsi-
 dis consistorio eminus assistere iubet, vt
 quod sibi accusationis competere putauit,
 intrepidè proponat. Quæ accedens, & pro
 matronali reuerentia conquiescens ait: Ha-
 bebam ego ancilla tua Domine gregem ton-
 sarum non mediocrem, Huic pascendo, fili-
 us meus mercenarios conduxit: quorum ne-
 gligentia grex totus luporum sæuis morsibus
 occubuit. Ait Præses: Quisnam est filius
 tuus? Qui respondit: Ego seruus tuus sum,
 & filius ancillæ tuæ. Qui sunt mercenarij?
 Respondent: Præsto sumus, audientiæ co-
 piam expetimus. Tum Præses: Quantum
 libet, At illi: Gregem sub nostra fuisse cu-
 stodella non inficiamur, sed per nos deperis-
 se non iniuria diffitemur. Huius namq; ma-
 tronæ priuignus, quem frustra filium vocat
 venandi

venandi avidissimus ; canes non tam atroces, quàm rabidos ubiq; secum circumducit, quorum rabies non solum à nobis, sed à viris illustribus creberrimè illi est exprobrata. Istorum canum turba gregem secus viam pascentem insiliit, lacerat, nobis ne quicquam vociferantibus sternit & interimit. At contra. Iuuenis lupos asserit esse in causa : Casu, inquit, conspicio lupos gregi comminus imminentes, canes copulis denudari iubeo. lupos cum canibus, per opaca nemorum vna vobiscum insector, reuerfa interim pars luporum gregem desertum fundit, & exanimat : Vestrae igitur id esse negligentiae, qui gregem deseruistis non meae culpae, qui lupos abegi omnibus est perspicuum. Ad hæc Præses. Vtriusq; quidem partis verisimillima narratio est, sed neutra decisivam sententiæ rationem, seu rationis robur allegat. Neutra enim testibus, aut alijs munitur adminiculis, viderentur quidem mercenarij innoxij. Quia nemo cogitur casum præstare fortuitum, nisi aliquid specialius conuenerit. Sed quia culpam seu dolum præstare non possunt, nec exceptionem quam de canibus proponunt, fidem afferunt æsti-

mationi gregis. quis neget obnoxios, videtur nobis iusta sententia Proceres respondent, quid aliud sententiarum possit non videmus. At ille: Imò diuersum quidem ratio iuris imperat. Nam quod istis probandum erat, ex aduersarij confessione liquide constat. Rabidos namq; à se foueri canes differi nequit, cum illud sit omnibus euentissimum, sed ex sua iussione secus gregem denodatos non inficiatur in iure. Quid aliud queso cruenta larrantum fecerat atrocitas, inter balatus innocentulos, cum sit omnis rabies innocentiae inimica. Cum itaque tam valida sit praesumptio, ut nec probatione contrarij, nec alia praesumptione possit elidi, standum est praesumptioni, nec enim eius fabellae, quam de lupis ineptè allegat, vel exilem proponere valet assertunculam. Proinde qui damni occasionem dedit, damnum noueræ seu matri resarciat. Eius exemplo cuius bos cornupeta, seu caballus calcitrosior quempiam damnificet: Hæc placet sententia, acclamant omnes: placet.

COMMENTARIUS.

Capitulum

CAPITVLVM hoc diuiditur in quatuor principales partes. In prima parte Mieszkonis terrij filij Boleslai Krzywousty, senis vulgariter nuncupati in inelyta successione, post decessum sui fratris senioris Boleslai Crispi describit. Et successus suos prosperos, in votis, amicitijs, ac triumphis vtiliter depromit, beatumque beatitudine humana, si talis aliqua est in hac vita, & præcipuè in prole masculina, & fæminea astringit, ex qua sibi partes mundi plurimas in amicitiam confæderauit, & dignitates, ac beatitudines vniuersorum Regum excessit, & superauit.

In secunda parte ostendit, quomodo hæc summa prosperitas fortè occasio extitit, quod postmodum iste Mieszko senex, propter instigationem tantum suorū paucorum consiliariorum ac officialium, ad Tyrannidem multiplicem se conuertit. Propter quam tyrannidem finalem, nedum à patria, verum etiam & à Regno est propulsus, & in perpetuum profligatus. Cazimirus verò frater eius minimus, ille cui pater portionem testamentaliter non delegauerat, & Boleslaus Crispus frater eius, ipsum tenerrimè fo-

C c 2

uerat in

uerat in Principem Cracouiensem, per multas preces est receptus, & iuxta Prophetiam patris sui Boleslai Krzywousty, Dominus totius Poloniae factus.

Hic enim Mieszko dictus senex ob grauitatem morum, propter omnium prosperum successum, torpore incircumspectionum se resoluit, ac nefarijs animum suum inclinauit, ipsosq; in eorum periniquis consilijs auscultauit, in tyrannidem insuper prosiliit, suos regnicolas multis calumnijs spoliavit, inhumaniterq; oppressit, quas calumniosas ac tyrannicas oppressiones ferre non potentes, praemissis Getkonis Episcopi Cracouiensis, pijs ac paternis hortamentis, quas cum sequi renuit, ipsum Mieszkonem de Regno eiecerunt, & fratrem suum Cazimirum Ducem, tunc Sandomiriens. in Principem Cracouiens. ac totius Poloniae Dominum receperunt. De numero istarum tyrannidum quinque in litera specialiter exprimuntur. Quarum prima, quae ibi tangitur. Vrsum in nemore occidisti. &c. est ista. Tunc enim in Polonia siluis ac nemoribus, nec non feris inabundantia existentibus, liberum erat vnicuiq; feras venari, & praecipue feras noxias euellere.

uas euellere, & occidere, ut puta, Vrsos qui mellificia, & aluearios deuorabant, & euacuabant, mellifices verò, alios dilaniabant, alios mortificabant, gregesq; pecorum sæpius interimebant. Mieszko igitur suis regnicolis malignando, & tyrannidem in eis exercendo: Si quem cognouit, quod vrsus sibi nocentem occidit, ipsum multa septuaginta talentorum argenti pænauit, & easdē ab ipso rigorosè extorsit, dicens: Grauitèr pecasti, violentiam enim mihi vrsus occidendo fecisti, ac facta violentia thesaurū meum tibi vsurpasti. Et quanquam tibi nocua intulit, non tamen debuisti auctoritate propria in vrsu te vindicare, sed auxilium Principis implorare. Ideò quod me Principem contempseris, pro illo facto meritè punieris, hoc enim crimen proximum est læsæ Maiestatis.

Secunda Tyrannis calumniosa, quæ ibi tangitur, alius aduenam seu peregrinū obsequio suscepit. &c. fuit de homine ad seruiendum suscepto. Si enim quispiam Regnicolarum hominem pauperem ad seruiendum sibi suscepit, & ordinauit, per officiales

ciales eiusdem Mieszkonis ad Iudicium est
 tractus , & examinatus : An ille homo per
 ipsum ad seruitium susceptus esset, liber, vel
 seruus ? Si respondit liber, punitus multa
 septuaginta talentorum argenti, quia liberū
 hominem seruituti mancipauit, & sic crimen
 Plagij incurrit. Est enim plagium crimen,
 quod quis committit, quando liberum ho-
 minem scienter vendit, vel emit. Si verò
 respondit, seruus est, vel seruilis conditionis
 est, eadem pœna septuaginta argenti talentos-
 rum punitus, quia alienum seruum, nec bo-
 no titulo, nec bona fide sibi ad possidendū
 vendicauit, & sic etiam crimen Plagij in-
 currit. Et si talis ad probandum se obtu-
 lit, quod talem seruum bono titulo, &
 bona fide possedit, dicti Officiales probati-
 ones suas non admiserunt, sed simpliciter
 ipsum sic tyrannicè, ac minus iustè puni-
 erunt. Tertia tyrannis calumniosa, quæ
 gangitur in litera ibi. Amplius Iudæum
 Scholares casu percusserunt. &c.
 fuit illata scholaribus. Vno enim tempore
 Scholares Iudæum ex casu percusserant, qui
 Scholares per eosdem Officiales ad Iudices
 sunt ci-

Sunt citati, & velut scelerati graviter sunt puniti. Et si propter defectum solutionis, non poterant ipsos punire in aere, tantò gravius punierunt eos in corpore. Quarta tyrannis calumniosa, quæ tangitur ibi in litera. Vicinum pecus, &c. Inferebatur omnibus, qui pecora vel pœudes errantes vicinorum inuenientes conseruabant, & retinebant, quousq; Dominus legitimus ipsorum constaret, & sic ad se eadem reciperet. Tales pecorum conseruatores, dum Iudices, & Officiales iniqui Mieszkonis Principis, sciebant ipsos adaccessitros, reos criminis abigeatus asserabant, & sic eos multa septuaginta talentorum argenti puniebant, quos non solùm in possessionibus, & in pecunijs, verumetiam in corpore acerrimè punierunt. Quinta tyrannis & crudelitas, quæ tangitur ibi. Fama est etiam emeritos, &c. inferebatur ministris sacri altaris, hoc est Sacerdotibus. Officiales enim iniqui domos Sacerdotum latenter subintrabant, & sic ipsos Sacerdotes in lectis dormientes, ipsorum lectisternijs suffocabant, & quicquid reperiebant de pecunijs,

& possessionibus, sibi auferbant. Ecce quanta malitia istorum officialium fuit; quod nedom in laicis, verum etiam in clericis, ac sacerdotibus tyrannidem exercuerunt; tam etiam nobiles, quam Plebeios tyrannicè oppresserant. Quorum malitiam, quia Mieszko ad pia Getkonis hortamenta, non composuit, neque castigauit, ideo merito à Principatu eiectus, & expulsus fuit. Dicit enim Potycr. lib. 8, cap. 21. Finis tyrannorum est confusio ad interitum; si in malitia perseverant: nec reuocantur ad veniam, nam & ipsis flagello paratur incendium, cum in correctionem sic processerint filiorum.

In tertia parte capituli, plurimum tyrannidum, ac malitiarum, per eosdem Officiales Mieszkonis Principis factarum, à positione ac naratione se excusat, quia estimat talia facta magis conficta, & excogitata, quam in rei veritate ad executionem deducta. Primò ex eo. Quia non est verisimile, quod tales malitias, ac alias plures tyrannides, imò deteriores, quæ referebantur de Mieszcone, ac suis officialibus, idem Mieszko Princeps prudens, aliosque Principes excelsus in prudentia, in suo dominio fieri, & exerceri

Exerceri permisisset, aut dissimulare, vel ignorare potuisset, eò, quòd tales tyrannides ac malitiæ latere non potuissent, vergebantq; in sui Domini vilipendium, & decrementum, fuissetq; in ipsa crassæ ignorantia Iudicium, cui tamen dictabat ratio, quæ semper deprecatur ad optima. Secundo ex eo, quia tales tyrannides & innumerosas oppressiones populi Dei lachrimantes, & in cœlum pro vindicta Dei elanantes, Venerabilis Pater Gerko Episcopus Cracouiensis, Pater pius, & pater verus fieri nullatenus permisisset, qui assidue prædicabat, & maleficos à maleficijs ipsorum paternè reuocabat, sicut & has tyrannides, quæ referuntur in litera, non sustulit, sed ipsum Mieszkonem velut alter Natan Propheta Dauidem, pro suis sceleribus ac tyrannidibus, crebris exhortationibus monere studuit, vt animi feritatem erga Regnicolas deponeret, terram suam velut matrem filius, non vt filius nouercam, fauoribus gratuitis, confoueret, hortabaturque vt officiales rabidos compescuisset, qui modis disciplinae penitus abiectæ, in populo Regni sæuire debachantur, laceratoq; grege de-

grege ipsius cruore debriabantur.

In quarta parte, operam studiosam Venerabilis Patris Getkonis Episcopi Cra-couensis ponit: Quam quidem operam idem Getko erga suum gregem pascendum habuit, Mieszkonemq; parabolicè, seu sa-bulosè de malitia suorum officialium, ac oppressione Regnicolarum castigauit. Ex qua parabola seu fabula, idem Mieszko contra seipsum sententiam tulit, ac promulgauit, vt litera satis clarè deducit.

Circa primam partem istius capituli ad-uertendum. Iste Mieszko ob grauitatem morum senex appellatus. Anno Dñi. 1145. Abatiam Landensem Ordinis Cisterciensi-um, adhuc in iuuenili ætate existens, fun-dauit, & eandem de suis bonis sufficienter donauit. In Calisz verò Ecclesiam in ho-norem S. Pauli, de lapidibus dolatis fun-dauit, & construxit, in qua Præpositum, & aliquot Præbendarios instituit, & dora-uit. Ecclesiæ quoq; Gnesneñ. partem ex-ternam cum plumbo tegere fecit. Hic Bo-leslao Crispo in Regno successit, in om-nibus par beatissimis fuit, si qua tamen dici potest, caducorum beatitudo.

Circa

Circa secundam partem aduertendum. Quòd sæpè in principio Domini magnæ fortuna sunt, infortuniorum in fine eiusdem Domini fomenta, atq; seminaria. Vnde Franciscus lib. 1. cap. 16. In Regno, inquit, à fortuna inchoato incertum Principium, & finis incertior. Nonnè vides, vt res hominum turbinum more voluantur, & quietum mare tempestas turbida, lucidum mane, nubilum vesper insequatur, vt inter initia planum iter, inconfragosum definit: sic prosperas insolentias, improuisas calamitates, & lætissimæ cursum vitæ incesta mors claudit, & sæpè primordio dissimillimus finis est. Vide igitur vbi desinas: vita omnis à fine describitur, & in finem. Planè senties qui principium non sensisti. Secundò notandum. Ad bonum principium spectat prudentia, cuius filia est Cautio, ideò oportet Principem esse cautum. Est enim cautio secundùm Philippum de Pargamo, in regiminis speculo, par. 5. præcepto 31. Virtus per quam instruimur, qualiter bonum à malo, verum à falso discernere valeamus. Hæc autem instructio discernendi, seu valor maximè potest à bonis con-

nis consiliarijs haberi: Ad quos quidem Consiliarios secundum eundem Philippum, vt supra, tria requiruntur quæ debent habere, & tria quæ debent cauere. Debet namq; bonus Consiliarius habere sapientiam ipsum dirigentem. Vnde Ambrosius, Qui se committit ei, quem non putat plus sapere, quàm ipse sapiat & necesse enim est, vt præstantior sit à quò Consilium petitur, quàm ille qui petit. Secundò, debet habere iustitiam ipsum roborantem, vt scilicet, non timore, vel captiuitate in Consilijs dandis moueatur. Vnde Eccles. 38. Ante omne actum Consilium stabile; Illi enim sunt stabiles, & firmi Consiliarij, qui sunt amatores veritatis. Mali verò Consiliarij sunt, qui proponunt comodum temporale, & proprium vtilitati communi, vel factum hominis factò Dei. De quo sapiens; A malo Consiliario serua animam tuam. Tertiò, Consiliarius debet habere experientiam ipsum cautelantem. Debet enim esse experientia multiplici perspicax, & industria. Et ideò meritò eliguntur senes Consiliarij, secundum D. Ambrosium, Homil. 1. in Exameron, quia senectus est in Consilijs vtilior.

utilior. Tria etiam sunt à bono Consilia-
rio vitanda. Primò, festinantia subita.
Ideò considerandum est diu, quod facien-
dum est semel. Quia dicit Seneca: Diu
delibera, cito fac. Secundò, vitanda est
ira, quia impedit animum, ne possit cerne-
re verum, vt dicit Cato: Vnde Gregorius
in Regestro: Ira, inquit, si semel mentem
possidere cæperit, iustum esse deputat. Ter-
tiò vitanda est crudelitas. Nunquam enim
est vtile, quod est crudele, inquit Tullius
de Offic. Cap. II.

Circa tertiam partem notandum. Du-
plex est ignorantia. Quædam voluntaria,
quædam non voluntaria, Ignorantia volun-
taria est duplex: Quædam formalis, alia
virtualis. Ignorantia formalis, quæ dicitur,
affectata est, quam quis habet de agibili-
bus, volens non scire dominium eorum vt
liberius peccet: Sicut adulter non vult
scire grauitatem adulterij, vt peccet liberius.
Ignorantia virtualis fit quatuor modis. Pri-
mò, quando quis vult aliquid, quod se-
quitur, impedimentum rationis. Secun-
dò, quando vult aliquid, quod non tol-
lit vsum rationis, sed solum ex propria pro-
teruia

tertia vult esse sui capitis. Tertiò, quando vult aliquid, quod non tollit usum rationis, sed solum impedit ab illo, quod deberet scire, vt si quis deberet præcepta diuina audire, & illo tempore vellet insistere ludis, ille ignoraret tali ignorantia. Quartò, quando aliquis non affectat ignorare, sed propter sui mobilitatem, & pigritiam non facit tantum, quantum potest, & debet facere. Et illi duo vltimi modi dicuntur, ignorantia neglecta, & vocatur ab alijs negligentia crassa, & supina.

Circa vltimam partem sciendũ. Quando partes litigantes deficiunt in probatione, tunc standum est præsuppositione, vt de hoc latè habetur in iure Canonico, & hoc etiam legitur fecisse Mieszko, qui ex præsuppositione tulit sententiam, dicens. Qui damni occasionem dedit, damnum noueræ resarcias, innixus diuine legi de bone cornipeta, seu caballo, qui si alicui damnum intulit, ad damnum soluendum possessor eius obligabatur, vt de hoc habetur. Exod. 17.

CAPVT III.

In quò

In quo Episcopus Cracouiensis Gerko Regem Mieszkonem monet, & corripit cum suo periculo.

TVM demum Deo plenus Antistes, pleniore nacta dicendi oportunitate agit: Diuinum admodum Præses gloriose sententiasti oraculum, Diuinæ constitutionis promulgasti sententiam. Eatenus, cum tuas habere robur constitutiones noueris, si tuis ipse constitutionibus vlla contrarietate non deroges. Audi obsecro, quorsum respiciat quam ipse tulisti sententiam, tuum de te pacienter excipe Iudicium. Hæc matrona, Cracouiensis est Prouincia, tu nisi dissimulare velis eius filius: Grex tonfarum est populus Prouinciæ. Huic pascendo, non pastores, sed hostes instituisti, qui ea, quæ sua sunt, non quæ gregis, quærunt. Unde meritò, non iam filius, sed priuignus appellaris: Priuignali enim hostilitate induitur, qui calamitatis maternæ non misereatur. Tu fanes rabidos, id est Officiales truculentissimos, non in copula districtioris circumdu-

circumducis, sed disciplinae iussione solutos, passim utiq; sinis debachari. Hi atrocitate cruenta, morsibus virulentis in gregem penitus contractum incessanter defauiunt: nec aliud sentire videntur, quam ut gregis lacerare iugulo, & gregis cruore debrientur. Tuam igitur violasti sententiam: quia in quo alium iudicas, te ipsum condemnas. Unde verendum nobis est districtioris iudicii examē districtius. Nam Sanctus David non opprimi, sed numerari iusserat populum, diuinæ tamen indignationis offensam iniurrit, quam nihilominus eiusdem contritiunculæ memento prorsus expiauit: Dic ergo fili, dic vnâ cum David: Ego sum qui pecaui, ego iniquè egi: dic iniquitates tuas ut iustificeris, alioquin dum securis ponetur ad radicem absportabere, quod absit, sicut galus galinaceus. Sed filici frustra inferitur Oliuæ furculus, nec eget sal infictuatum imbre prudentiæ. Maiores namq; odij causas in Præsulem præses concitat, asserens talia, non Zelo pietatis de se prolata, sed inuidiæ typo de Principe ablatrata: nec enim dolore caret, seu prurigine, quantumlibet lenissimus contactus. Unde tam de Præsule, quam de alijs vl-

sententiam: de qua habetur Exodi. 21. Secundo captata beneuolentia præmittit vnum documentum Principi necessarium, qui gestit vt suæ constitutiones habeant robur, & per alios deducantur in effectum, scilicet, vt Iura regni & constitutiones suas teneant, conseruent, & custodiant. Tertio. fabulosam parabolam applicat ad propositum, & Mieszkonem castigat de truculentia, & tyrannide suorum officialium, quos, vt abijciat, & compescat, sententiam quam ipsemet tulit, allegat more Prophetæ Nathan, vt habetur 3. Regum 12. Quarto. vt Miészko tantocius suos officiales truculentos compescat, grauitatem sui sceleris à minori ostendit, maius enim fuit scelus Mieszkonis, quo opprimebat populum, quàm Dauid Regis, qui fecit computari ipsum.

Circa secundam partem tria facit. Primo Mieszkonis obdurationem ac in peius conuersionem ponit, qui sui patris monita paterna renuit, & tam in eo, quàm in Regnicolis vltionem sumere cogitauit. Secundo ponit Præsulis Getkonis industriam, qua sibi à tyrannide Mieszkonis cauit, & Regnicolas cauere ausauit. Tertio ponit eius

ponit eiusdem Præfulis in corrigendo paternæ monitionis perseverantiam, quia homines perfecti non reddunt malum pro malo. Vnde ad Rom. 12. Nulli malum pro malo reddentes. Circa quod aduertendum secundum Cassiodorum. Sex sunt gradus retributionis: Tres pertinentes ad malos. Primus, non reddere bonum pro bono, sicut Nabal David 1. Reg. 25. Secundus, reddere malum pro malo, sicut Ioab Abner. 2. Reg. 3. Tertius reddere malum pro bono, sicut Iudæi Christo. Alij tres gradus pertinent ad bonos. Primus est, reddere bonum pro bono, sicut Iacobe Sauli. 1. Reg. ultimo. Secundus, non reddere malum pro malo, sicut David Sauli, 1. Reg. 24. Tertius, reddere bonum pro malo, sicut Elizeus militibus Syriæ, 4. Reg. 6. Quorum de numero fuit Gerko, quem & si Mieszko persequi non cessabat, ipse tamen Mieszkonem paterna correctione castigare non dimittebat, imò magis, & magis perseveranter instabat, ut tyrannidem ab eo remouisset, & animam eius ad vitam salutis reduxisset. Ideo Gerko capta dicendi oportunitate, Mieszkonem paternè corripuit.

it, ac disciplinavit. Hæc autem virtus, puta disciplina, secundum Philippū de Parg. suscipienda est patienter propter tria. Primò, propter Castigationis dilectionem. Heb. 12. Qui est filius, quem non corripit pater. Secundò, propter peccatorum correctionem. Tertiò, propter tentationis delectionem. Scribitur enim de lapidibus, Quod si maritus ponat magnetem sub capite uxoris dormientis, poterit experiri, an sit adultera, vel fidelis. Si adultera, statim eijciet se de lecto, ac si manu hominis exportata esset. Si fidelis, conuerteret se dormiendo ad virum, & deosculabit ipsum. Sic moraliter, anima quæ est fidelis sponsa Christi, suscipit patienter correctionem: quæ verò est adultera, tenetur corrigi. Similiter Princeps qui gratuitè suscipit paternam correctionem, in principatu obtinet diutinationem, qui verò correctionem aspernatur, eijcitur, vt Mieszkoni accidit.

C A P V T IIII.

De consilio per Optimates Cracouenses, contra tyrannides præmissas Mieszkonis factò.

Sed ad

SED ad vocem sapienter cantantis aspici
 obsurdescit, & ad tonantis cæli minas,
 quasi contra cœlum pugnaturus in setas
 ericius exhorrescit, imò tanquam in proprii
 iugulum capitis coniurassent, tanquam ultro
 in Principis factionarentur excidiū, pressu-
 ras iniurijs augent, & iniurias pressuris ac-
 cumulant. Quæ res inexorabiles odijs cau-
 sas in principem congeffit. Nam deliramen-
 tum capitis membra sæpè luunt, membro-
 rumq; lapsus in capite nonnunquam redun-
 dant, quasi enim consentire videtur, qui
 cum prohibere possit, non prohibet. Pro-
 inde primi Prouincialium, & Consulares
 viri secreta secum deliberatione disceptant.
 Turpe, inquit, est, factiosos videri, sed
 turpius ignauos existere. Indignum est in-
 genuitatem ancillari, longè indignius regi-
 nam Prouinciarum inter scorta prostitui.
 Durum quidem tot calamitatibus premi,
 sed durius in tanti Maiestatem Principis
 impingere. Estne vllum remedium, rebu-
 sã contractis, ampulis vitreis inter ma-
 leum constitutis, & incudem,

COMMENTARIUS.

Dd 3

Capitu-

CAPITVLVM hoc in tres diuiditur partes. In prima effectum ex correctione procedentem facit. Nam aliqui ex correctione emendantur: Alij verò ex correctione deteriorantur. In secunda parte ponit, quomodo Mieszko cum suis Officialibus à Consularibus, Paternam correctionem Venerabilis Patris Getkonis non sunt secuti, sed in deteriora sunt prolapsi. Post Getkonis enim paternam correctionem oppressiones iniurijs adauxerunt, & iniurias oppressionibus accumulauerunt. Et inde est, quòd causas inexorabiles odij, quòd ad pacem exorari, seu nullis precibus flecti potest, apud Regnicolas contra Principem Mieszkonem coactauerunt. In tertia parte, Consilium Optimatum Cracouiensium ponit, in quo tria graua, & tria grauiora disceptantur contra deliberantes, & sibi mutuo in abdito consulentes, remediũ quæsierant. Circa primam partem aduertendum. Qui corrigitur, aliquando ex correctione emendatur, sicut Pollenius, de quo refert Polycr. libro 8. capite 9. Hic enim cum è conuiuio, non post Occasum solis, sed post ortum surrexisset, domumq; rediens, Xes

ens, Xenocratis Philosophi patentem ianuam vidisset, vino grauiter delibutus, seruo caput redimitus perlucida veste amictus, scholam eius intrauit, nec contentus tam deformi introitu, consedit. Quem Xenocrates cum conspiceret, ommissa re quam diserebat de modestia ac temperantia, loqui cepit, cuius grauitate sermonis respiscere coactus. Aliquando verò hic qui corrigitur, per correctionem deterioratur, sicut Alexander, quem cum Calystenes discipulus Aristotelis, ab eo missus, exultantem obiurgaret, & mores eius componeret, ipse eundem Calystenem occidit, vt refert Polyer. lib. 8. cap. 14. Sic etiam fecit Mieszko cum suis Officialibus & Iudicibus, quia ad correctionem sui Præsulis Getkonis, maiorem vesaniam induerunt, ac in deteriora deciderunt. Circa secundam partem notandum, secundum Polyer. libro 3. cap. 13. Consentientes esse, qui notum errorem reticent, aut corrigere cum possent, dissimulant. Ideò eorundem malorum participes existunt.

C A P V T V.

De 4

In quo

In quo remedium in capitulo præcedenti quæsitum, videlicet Mieszko de Regno Poloniæ præscripto, per electionem Cazimiri Ducis Sandomiriens. ad effectum deducitur.

TVM quidam virorum Illustrum præ insignis: Est, inquit, non procul hinc oliua quædam generosioris inter ligna fructifera, propaginis frondibus, amænissimis propagatior, virore perpetuo festiuior, olei, non tam stillans irriguum, quam speciosis vndique balsami profluëribus inundans, qui omnibus est notissimus, cunctis tamen incognitus, omnibus domesticus, cunctis peregrinus, fructus elegantior omni gemmarum præstantia. Nec enim latere vos arbitror, quæ, aut quantæ sint Cazimiri virtutes, quæ fama virtutum omnium pigmentaria suauitate redolens, omnem odoraminum fragrantiam transcendens. Nam extrinsecis ipsius corporis dotibus occupari non conuenit, quæ ipsa sui venustate intuentium obtutus, quasi quibusdam solis radijs perstringunt: super generosissima

rossiſſima enim, tam formæ, quàm lineamentorum elegantia mediocriter ſtaturam tranſcendens, mediocrium ipſa ſtaturæ præcæritas, blandus illi aſpectus, quadam tamen reuerentiæ maiestate conſpicuus, pudicus ſemper ſermo, quadam tamen acrimoniæ feſtiuitate conditus. Cui verò tam inſcrutabile peſtoris armarium, præſtantiffimum cordis theſaurum, tam inæſtimabilem animi ſupellectilem, aut natura fundauit, aut gratia ſtabiliiuit & Incertum eſt vtrum in illo natura gratiam vincat, an gratia naturam: adeò ſororia inuicem altercatione colludunt, vt vtræq; vincere ſtudeat alteram, neutra tamen alteri munus inuideat victoriæ. Nam Politicis illum virtutibus natura ornauit, purgatorijs verò gratiæ diligentia expoliuit. Quicquid enim ad naturalem ſeu Politicam iuſtitiam, temperantiam, fortitudinẽ, prudentiamuẽ ſpectare diuoſcitur, & verbo præceptionis aperit, & operis exemplo demonſtrat. Nemo, ſiquidem, vniciuſq; quod ſuum eſt, fidelius diſpenſare nouit, nec in aliquo vnquam infallibilis viguit, aut æquiritatis virtus, aut indignationum ratio. Nam quod querulantium ſtrepitu nonnunquam

offenditur, quod caudicorum inopportunitates ægre fert, duo sunt in causa: Odium scilicet calumniæ, & amor concordiæ. Unde multis ob calumniam sæpè impressum est in fronte cauterium, multi naso, lingua, nonnulli capillati, ad insigne videlicet confusionis perpetuæ. E contra concordæ gratiæ amplexu, ad pacis perpetuitatem inuitat: quorum alterum opus est iustitiæ, reliquum vis temperantiæ. Est enim iustitia calumniarum vitrix, Temperantia concordiarum imperatrix, quæ quanti sit penes hunc, eius probat modestia; astruit mansuetudo, docet humilitas. Qui suæ interdum quasi oblitus dignitatis minorum sese ingerit, & contemperat consortio. Non lenitatis prurigine, sed beneficio virtutis, liberalitatis studio limites temperantiæ punitus excedit. Neq̃ enim ut plerisque moris est, aut inhiat acquirendis, aut incubat acquisitis; sed instar Tagi fluminis, quo largius effluit, eò vberius arenis inundat. Est enim auro præstantior liberalitatis largitio. Iam verò dotes fortitudinis eius libet attingere, iugis illi laboris exercitatio. Rara nisi serijs, nunquam nisi honestis intenta. Est

renta. Est enim vita strenuorum semper astuosa, est ignavia torpor ipsa quiete tediosus. Cui quoties extrinsecæ defunt bellorum occupationes, venandi exercetur studijs, quia non paruum est virtutis seminarium otij declinatio, nec minima seriorum excitamina, vjr fortis interdum elicit ex ludicris. An ignoratis Regem Ponti Mitrydarem, cuius futuram celsitudinem etiam cælestia signa prædixerunt. Nam & eo, quo genitus anno, & eo, quo regnare cepit, stella Cometes per vtrumq; tempus illuxit quadraginta diebus, vt cælum omne flagrare videretur, quæ in ortu siue in occasu quatuor horas consumebat, per quod probatur sextam cæli partem magnitudine occupasse. Puer insidijs tutorum veneno vinci non poterat, venandi studium elegit, quo septem annis, neq; vrbs, neque ruris recto vsus est, sed per silvas diuersis montibus regionum pernoctabat, ignaris omnibus quibus in locis mansitaret. Quibus rebus & insidias vitauit, & corpus ad omnem patientiam durauit, hinc de augendo deinde Regno cogitauit. Itaque Scyras inuictos perdomuit, qui ducem Magni Alexandri

xandri cum triginta millibus deleuerunt : qui
 Cyrum Regem Persarum cum ducentis mil-
 libus trucidarunt: qui Philippum Regem Mas-
 cedonum ceperant, Pontumq; & Cappado-
 cium occupat : inde Asia explorata Bytini-
 am transcendens oportuna quæq; victoriæ
 suæ meditatur. Quia verò virum fortem,
 non tam robur corporis, quàm animi com-
 mendat integritas, non minùs pectoris
 monstra, quam nemorum bestias studet Ca-
 zimirus domuisse. Eius quanta sit magna
 nimitas, quanta Constantia, quæ animo-
 sitas, quæ in ipso etiam animositatis tor-
 rente patientia, non est promptum expedi-
 re. Audire vultis ridiculum, sed insigne pa-
 tientia: Quidam ad alexæ duellum hunc
 Principem sollicitat, congregiuntur, consi-
 gunt, iacet in medio pignus victoriæ ar-
 genti quantitas immensa, vacillat aliquan-
 tisper belli fatū, & fluctuat in talorū ambiguo.
 Pauet ille, suspirat, ac trepidat, totus inter
 spem ac timorem, stupidus totus, exanimis.
 Tandē iactus fatum duelli dirimit, & calculum
 victoriæ Principi sentēciat. Tū lusor quadam
 doloris correptus vesania, pugnum exerit, con-
 torquet summo vibrante, maxilla Princi-
 pis incu-

pis incurit, & noctis beneficio de manibus
 circumstantium elapsus, in fugam conuer-
 titur: qui vix tandem repertus consistorio
 præsentatur, & à cunctis reus, vt potè ma-
 festatis carptim dismembrandus appetitur.
 Quo de se nihil nisi crudele mortis ludi-
 brium præstolante, ait Princeps: Ne mo-
 ueatur, Proceres, vestra grauitas, quia le-
 uitatis est causis ex leuibus indignari. Di-
 gna enim non est eius indignatio, cuius a-
 nimus intra se tranquillior causas indignandi
 non ponderat, imò iniquum est examen cu-
 ius trutina iactatur in turbine. Quid indi-
 gnatione dignum, quid quæso indignum
 pauper Ioannes admisit? Hoc enim erat no-
 men eius. Quid si fortunæ tecum causatur
 iudicium? Nonnè certa est, quæ in causa
 non dispari causam pauperis suppressit, &
 potentis potentiam extollit. Iniqua in vtroq;
 crudelis in paupere, adulatrix in potente.
 Non iniuria ergo vltionem iniuriæ, quam à
 fortuna extorquere non potuit, à filio fortu-
 næ vt potuit exegit, quin, vt verius loquar,
 lucrum lucro addidit, & fortunam in me vi-
 cit munere. Illa nummos, quibus abunda-
 ham, contulit. Iste aureum prudentiæ ge-
 stamen,

stamen, quo Principes carere non debent, fabricavit: quia meminisse me docuit, periculosum esse Principi ludibrijs intendere, periculosius, etiam in nummis lubrico fortunæ submitti. Prudentia enim principandum est principibus non fortuna, grates ergo ingentes Ioanni, cuius gratia nihil amodo leuitati, nihil casibus vltro fortuitis de me vltterius promitto. Sic iniuriator ille Principis amplexibus excipitur, & Principatus quam largissime donarijs afficitur. Omnia in viro forti, tam patientiæ constantia, quam prudentiæ industria, qui acceptæ probris iniuriæ, non solum æquanimitè fert, sed gratanter ignoscit. Non imprudenter excusat, gratia rependit, muneribus repræmiat. Sed vnde hæ omnes omnium virtutum filia? omnis earum familia? quicquid operis, quicquid officij exerceant, ad prudentiæ refertur iudicium. Verbi gratia, Gestat patientia, quæ est filia fortitudinis, tres in eadem sarcina massas: massam languoris, massam laboris, massam contumeliarum, seu iniuriarum. Quam videns prudentia: Quid, inquit fers filia? Ad quam illa gemens subonere? Accelera mater & exonera turgentem, ad te sar-

ad rem sarcinam tua soror hanc proferri iussit. Cui prudentia. Agnosco meae sororis delicias, consueta nosco munuscula, sibi nos ancillari iubet, tibi tamen o patientia compatimur. Sustine modicillum, faciam quod hortaris. Rudes itaque massas mittit in caminum desideriorum, conflatur, excoquit, examinat, & in laminas producens ductiles, miro artificio aureos effingit ornatus. Sic prudentiae magisterio ex obiecta infortuniorum materia, fabre fiunt virtutum insignia. Claret hoc in filio prudentiae, de quo mihi sermo est. Qui cum sit princeps Consilij strenuus, prodigus, prouidus, cautus, circumspectus, cum vndique prudentiae fulciatur industria, inter simpliciores tamen simplicissimus videri studet, tum ut arrogantiae periculum declinet, tum ne humilitatis deserat vestigia, tum ut de simplicitatis palea uberius eliciat grana sapientiae. Prudens enim virtutis fructum in conscientia metit, minus perfectus in ostentatione. Vnde Livius. prudentia, nihil simplicius, simplicitate nihil prudentius. Nam qui nescit commestationum assiduitatem virtutibus esse inimicam. Nec enim scaria nomen, & species emlibet.

em liberalitatis mentita virtutes inuitat, inebriat, intoxicat, ex industria tamen sub quodam simplicitatis vmbraculo, conuiuiorum celebritates, non solum non declinat, sed celeberrimos, ac prodigos crebrius instaurat apparatus, causas ob multas. Quarum prima est, vt quod sibi virtutis desit, ex infatuatis aliorum sensibus condiscat. Est enim prudentia experimentum fatuitatis, sicut fatuitas cos est virtutis. Stulto siquidem in stulticia deprehenso, sapiens sapientior, erit. Secunda causa est, vt aliorum de se agnoscat iudicia: liber enim dicitur Bacchus, & liberam de hominibus promulgat sententiam. Tertio vt secretius contra se fabricata machinamenta quæ à sobrijs elicere nequit, ab ebrijs extorqueat. Furor enim ebrietas animi Sacrarium irripit, & patentius sobrietatis arcanum. Nemo prudens nectar infundit, vasi rimoso quo totum effluit. Ideòq; vir sapiens opere precium habet, eorum non imprudenter experiri prudentiam, quibus penitiora consiliorum arcana committit. Infusus namque liquor sine difficultate, rimas inuenit in fistili. Postremo diligi maluit pius Princeps, quam ti-

quàm timeri : amore si quidem Regem suum
 examen apum sequitur, non timore. Gra-
 tia autem conciliandæ gratiæ, quia com-
 munis est apud omnes conuiuendi ratio
 conuiuiorum honestati pro tempore indul-
 get. Eatenus tamen ut nihil ebrietati de
 se licere permittat, utpotè, quem sæpè comes
 indiuidua non deserat: animi sobrietas.
 Scitis quo pacto stipatur, interim literatissi-
 morum lateribus altrinsecus, quorum tam
 sobrietas, quàm scientia paucis est incogni-
 ta, cum his nunc sanctorum exempla Pa-
 trum, nunc virorum gesta Illustrum, vi-
 caria relatione retractat. Interdum orga-
 nicis præcinens, aut succinens concenti-
 bus, cælestis meditatur harmoniæ dulcedinẽ,
 theologicis nonnunquam exercetur inqui-
 sitionibus. Vtramq; partem quæstionis, utrin-
 que argutissimis vrgens rationibus, rerum
 subtilium indagatur sagacissimus. Si ergo
 quisquã delator ex inuidia temulentum, asse-
 ris Cazimirum temulentorum consortio,
 cur prudentem non astruis iuge prudentum
 exercitio, habes liuor edax quo doleas, &
 si reperire non queas, quod carpas. Nun-
 quam enim hæc oliua sine fructu fuit, quem

E e

vel foue-

vel foueret gratia, vel carperet inuidia. Proinde sub huius umbra nos auram quietis captare conuenit, & eius Oleo nostri tumor doloris, salubriter fomentatus detumescat. Alioquin illa filij Gedeonis nos arguet parabola, qua docetur, qualiter ligna Regem creatura ficum vel oleam, ut eis imperarent hortata sunt, quibus abnuentibus carduum elegerunt, à quo ignis egressus omnia pænè absumpsit.

COMMENTARIVS.

CAPITVLVM hoc diuiditur in tres partes principales. In prima parte commendationem Principis Cazimiri ponit. laude dignum, per quendam virum præinsignem factam: quia ipsum commendando, primo enim præmittit corporis formositatem, staturæq; mediocris commoditatem. Et meritò, ut ait Aegidius, de Regimine Principum; Omnes gaudent habere Principes pulchros, & formosos. In secunda parte, commendat ipsum Cazimirum idem vir, præinsignis virtutibus Politicis, ac purgatorijs redimitum, quæ in eo reflorabant, ut

bant, vt dubium extitit. An virtute Politicæ purgatorias excellent, vel versa vice purgatoriæ Politicas superent. In ipso tamen ille virtutes sic refulgentes, sub inuicem non inuidebant, sed se mutuo coadiuuabant, & promouebant. Et primo ipsum ostendit virtutibus Politicis fulcitum, vt puta, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, & Prudentia: hæ enim sunt quatuor columnæ, quibus thronus Principis roboratur. Inter quas quatuor virtutes, primo ipsum commendat, de Iustitia, quæ in ipso verissime viguit, & in hac similem quempiam sibi non habuit. Qua quidem suffultus iustitiâ, pluribus calumniosis cauterium in fronte impressit, multis linguam, nasum, capulauit, eo quod iustitiâ est vltrix calumniarum. Secundo. commendat ipsum de secunda virtute Politicâ, seu cardinali, scilicet temperantia, qua insignitus multos concordēs fecit, quasi enim suæ oblitus dignitatis, pluries suorum inferiorum consortio se immiscuit: In quo consortio mansuetudine, modestia, & humilitate adhibita, multos concordat, & ad pacis perpetuitatem reduxit, quia Temperantia est imperatrix concordiarum.

arum. Et quanquam sic adornatus, extitit Temperantia, adornatior tamen fuit liberalitate, cui natura ab infantia modum dandi, & abundandi non posuit. Tertio commendat ipsum, de tertia virtute Polytica, scilicet Fortitudine, quæ fuit semper in vtili, ac necessaria, nec non honesta exercitatione. Et si bellis non intendebat Dominionum suum tuendo, quia forte non opus erat, tamen venationibus occupabatur, ocium seu torporem ignaviæ deuitando, exercitaminaque vtilia ac necessaria, in his venationibus sibi eliciendo, more Regis Ponti Mitridatis, qui septem annis morabatur in nemoribus, & siluis, vt patet in litera. Et non solum præfatus vir, præinsignis commendat ipsum in genere de fortitudine, sed etiam de qualibet sua specie, vt puta, magnitudine, constantia, animositate, & patientia, præsertim in ipso tamen commendat patientiam reffloruisse, quam in effectu ostendit, cum circa ludum alexæ, per quendam militem maxilatus fuit Ioannem, vt etiam patet in litera. Quarto, commendat ipsum de prudentia, quæ in ipso cum suis speciebus, videlicet prouidentia, ratione cautione, circumspe-

eum spectione, sic restoruit, quod omnes alias virtutes direxit, & gubernauit, vt exemplū in litera deducitur. Quinto. commendat ipsum virtutibus purgatorij redimitum, vt puta, fide, spe, & charitate. Viris enim literatissimis sobrietate, ac scientia refulgentibus, se semper stipabat, ac tractatus saluberrimos, ad honorem Dei, & salutem suam spectantes tractauit, & in diuinorum meditatione sæpè pro loco, & tempore permansit. In tertia parte, præmissa hac multiplici recommendatione, animos omnium Regnicolarum admonet, atq; hortatur, quatenus visis suis virtutibus principatu dignis, ipsum in Principem Cracouien. ac dominū totius Poloniæ suscipiant, si gestiunt Mieszkonis tyrannidibus truculentis obuiare, & in dulcedine pacis tempora sua deducere, minas transumptiuè subiungendo, vt patet in litera.

Circa primam partem aduertendum. Quod vir præinsignis, de quo loquitur in litera, præmissa Cazimiri pulchritudine, & formositate, staturæq; mediocris commoditate, addit decorem ipsius in gestibus eius corporis, & primo in aspectu dicit, 4. in

Aegid. lib. 1. de regimine Principum. 2. par. 2. cap. 10. Eos qui principari debent, & dominari, etiam ab ipsa infantia sunt admonendi de modo viuendi, vt maturè se habeant circa eleuationem oculorum, & videndi modum, vt non habeant oculos vagabundos, nam ex hoc iudicantur leues corde, paruifici, & pusillanimes. Vnde talia de Cazimiro non sunt prædicata, sed quod blandus, & iucundus erat illi aspectus, quadam tamen reuerentia ac Maiestate conspicuus. Secundò. super addit decorem eius in sermone, secundum enim Aegid. vti supra homines in sermone peccare tripliciter, scilicet loquentes lasciuia, falsa, & impræmeditata, quæ in Cazimiro non sunt reperta.

Circa secundam partem est aduertendū. iuxta Venerabilem Aegid. de regimine Principum, tam Macrobius, quàm Plotinus, quatuor gradus virtutum distinguunt. Nam quædam sunt virtutes Politicæ, quædam purgatoriæ, quædam purgati animi, & quædam exemplares: Exemplares virtutes sunt in ipso Deo. Virtutes Politicæ sunt acquisitæ, per quas homines tantū se habent in rebus humanis, vt prudentia, iustitia, fortitudo, & temperan-

temperantia. Virtutes verò purgatoriae, & purgati animi sunt, per quas quis tantū se habet ad diuina. Nam aliqui sunt tendentes in diuinam similitudinem, & tales dicuntur habere virtutes purgatorias. Aliqui verò sunt iam asecuti illam similitudinem, & tales dicuntur virtutes purgati animi. Princeps igitur Cazimirus his de virtutibus Politicis, & purgatorijs est recomēdatus, & ex quo colligitur multiplicibus bonis fulcitus fuisse. fuit enim perseuerans, quia modica tentatione imminente non cecidit. Fuit etiam continens, quia non solum modica tentatione super ipsum cadente non cecidit, sed etiam contra fratris fortes passiones se opposuit, & petit. Fuit insuper temperatus, quia in bene faciendo delectabatur. Fuit etiam & Heroicus, id & valde bonus, quia contemplacioni diuinæ intendebat.

Secundò notandum. Virorum strenuorum vita debet esse laboriosa, Iuxta illud Senecæ ad Lucillum, Epistola 31. Generosos inquit, animos labor nutrit. Tertiò aduertendum. Quanquam expediat cuilibet ludos alearum fugere, maximè tamen conuenit hos principibus summoperè deuitare propter peccata.

peccata plurima, tales ludos committantia. Ideò dicit Seneca lib. 1. cap. 5. Aleator quanto in arte doctior, tanto nequior. Nihil enim est, quod tam hominem deformet, & dehonestet sicut ludus aleæ. Quintò notandum secundum Aegid. vti supra prudentia inquam est virtutum moralium directiua, virtutes enim morales se inclinant, in finem sibi convenientem, vt temperantia inclinatur ad sobrietatem, sed sufficit inclinari in finem debitum temperantiæ. Nec in finem aliarum virtutum moralium, nisi sciamus quomodo possimus consequi talem finem, quod fit per prudentiam, ideo prudentia secundum Aegid. est bona qualitas mentis directiua in finem virtutum moralium, quomodo etiam prudentia est virtutum intellectualium, præceptiua vt ibi require.

Quintò notandum. Ioannes Valensis in tractatu. de quatuor virtutibus Cardinalibus, quatuor species patientiæ ponit, tamen Dominus Vincentius, tres ipsius patientiæ species distinguit, scilicet, patientia contumeliarum, & iniuriarum, Sextò notandum, secundum Diuum Hieron. super Ozeam. Prudentia absq; simplicitate malitia est, & simplici-

simplicitas absq; prudentia stultitia nominatur, hæ enim virtutes sic se ad inuicem habent, quod vna alteram temperat. Et hoc Saluator in Euangelio imminebat, vel innuerebat dicens. Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Eatenus vir Cazimirus prudentissimus simplicitate extitit decoratus, qua quidem simplicitate nihil fuit in eo prudentius, & prudentia nihil simplicius, vt dicit textus. Sciendum est, septimo circa hæc commendat Cazimirum de vera conditione prælati, qua ipse floruit, in eo quod maluit diligi quam timeri. Quomodo autem faciendum hoc sit, docet Aegidius, debet enim princeps tria in se habere, vt à populo ametur, scilicet, Quod sit beneficus & liberalis, magnanimus seu fortis, iustus seu æqualis. Vulgus enim non percipit, sensualia nisi sint bona. Octauo sciendum, Commendat Cazimirum de indulgione conuiuiorum, Cazimirus enim honestis conuiujs aliquando inhiauit, per quæ sibi multorum gratiam conciliauit, nunquam tamen in his ebrietatem incurrit, sed semper sobrietate pululauit more Traiani, de quo Polycratus lib. 5. cap. 8. No-

no aduertendum. Comestatio nimia, est virtutibus inimica. Vnde Hieron. in Canon dist. 44. Venter ingluuies ad luxuriam facile prouocat, & omne bonum opus dissoluit. Vnde venter & genitalia sunt sibi vicina, & ex vicinitate membrorum, confederatio integratur vitiorum. Quod pulchrè probatur figuratiuè. 1. Reg. ult. in Regno Nabuchodonosor.

Circa vocabula aduertendum, sobrietas secundum Aegidium, vti supra est virtus reprimens nutrimentales delectationes. Est autem hæc virtus Prælati præcipuè principibus necessaria. Primò propter dignitatem officij. Secundò, propter subtilitatem iudicij. Tertiò, propter vtilitatem Christi. 3. Timoth. 2. Quartò, propter expectationem præmij. Ex quibus eligitur. Quod & si Cazimirus conuiuia ciuilia celebravit, in ea tamen gestus Philosophicorum conuiuiorum gessit. Nam scientificorum virorum consortium habuit, cum quibus salutaria documenta, & sanctorum exempla pertractauit, & ad Musicorum cantum, meditatione diuinorum se occupauit, iuxta ergo legem diuinam se rexit.

Nota

N O T A:

GETKO Episcopus Cracouienſis, à Lucio Papa tertio petijt Corpus S. Floriani, & impetrato eo, Eccleſiam S. Floriani in Kleparz fundauit, Cazimirus iuſtus nuncupatus.

Idem Cazimirus Monasteria in Sulczioſ, Ploczko, & Koprzywnica fundauit.

C A P V T VI.

De Cazimiri nuncupati, Iuſti Ducis Sandomirieñ. in Principem Cracouieñ. ac Dominium totius Poloniae ſuſceptione.

HIS itaq; omnes perſuaſi, cum Caſimiri fauore, cum adipiſcendae ſtudio libertatis, Cazimirum ſuſpirant, conueniunt, orant, ſollicitant, vt ſi Regni dignitate non capitur,

capitur, misericordiae supplicatione inflectatur, si regnare non appetit, misereri non contemnat, Ad quos ille, Antiqua inquit, imò antiquata penes nos est huius tentationis cavillatio: nec enim tam repente à nostra potuit excidisse memoria, qualiter primi Principum Ajax & famosus ille Suatosslaus cuius gloriosa hodie viget prosperitas, & cuncti pænè proceres me licet renitentem ad idem regnum pertrahebant, vt propulsato pijsimo Principe fratre nostro Boleslao, in fausta vendicatione securius imperarem. Sed malui fraternæ pietatis amplexum omnium præferre imperio. Nam qui fratrem odit, sui homicida est quia, quia fraternalium in se cor amputat, proprijs semetipsū præcordijs exenterat. Quoniam igitur tunc puer innocentiae fonte laui pedes meos, quomodo in sanguine rursus fraterno inquinabo illos? O quam egré ad Principatum gradus, in me homicidium, in fratre fratricidium, in fratricidio paricidium, in semeritas. Quo namq; pacto in eius exterminium consurgam, qui me plus quam fraterna fouerit teneritudine, quem plus quam filiali deuotione semper coluerim? Periniquum prorsus est iniquis prosperari comertijs. In

tijs. Instant illi. Sanè inquit Princeps de-
renissimè, Boleslai parendum erat pietati,
quia tunc nulla honestas causæ intercessit so-
lo factionis impetu, contra illum perstre-
pente. Nunc alia ratio pactum reformat,
cum omnes extrema vrget necessitas: quibus
nisi tua succurrat miseratio, nisi tam obstran-
gulatæ Reipub. relaxetur per te spiritulum,
suffocari necesse est, cum nulla sit aliorum
transmigrandi facultas. Vix itaq; tam cre-
berrimis instantiarum importunitatibus, quam
amicissimorum impulsus consilijs, Cracouiam
cum perpauca adit cauens, ne violenta ma-
gis ipsius occupatio videatur, quam vltionem
Ciuum electio. Occurunt illi alaeritate
indicibili exercitus numerosi catervatim, vn-
diq; turmæ profluunt, exultant, gratulan-
tur, Salvatorem proclamant aduenisse: om-
nis illum ætas amplectitur: omnis adorat
contio, dignitas omnis veneratur. Valuæ
quoq; ciuitatis licet inuictissimis, instructæ
præsidjs vltro patescunt, vltro ab arce de-
siliunt, quos Mieszko vrbis præsidio præ-
fecerat, cunctiq; prona ceruice scabello Ca-
zimiti aduoluuntur. omnium itaq; concur-
runt vota, omnium coniurant studia, & prin-
ceps ab omnibus adoratur.

COM

COMMENTARIUS.

CAPITVLVM hoc in quatuor diuiditur partes principales. In prima parte ponitur omnium Cracouitarum ac Regnicolarum in Cazimirū mētis directo. Qui per suam comendatione præcedenti cuiusdam præ insignis viri, tum fauore Cazimiri, tum studio adipiscendæ libertatis & euitandæ. Tyrannidis Mieszkonis, intentiones suas in Cazimirum direxerunt, ac ipsi studiose supplicauerunt, vt si Regni culmen non ambiat, nec regnare appetat, petitioni tamen ipsorum benigne annuens, misereri non contemnat.

In secunda parte ponitur, Cazimiri, ad petita ipsorum responsiua excusatio, quæ procedebat ex fraternæ charitatis, spontaneo precordio. Quemadmodum etenim prius eiusdem Regni principatum sub fratre suo Boleslao Crispo, per eosdem Regnicolas petitus renuit accipere & sic vniformiter sub Mieszkone recusat idem regnum suscipere fraternam suffultas charitate, quã quidem fraternam charitatem, si abijceret, ipsemet sui homicida fieret, in fratre fratricida, & contra

infratri-

Infratrici odio parricida vt litera deducit.

In tertia parte ponitur Regnicolarum instantiar supplicatio, causæq; ac necessitatis legitimæ per eosdem allegatio.

In Quarta parte ponit Regnicolarum importunas instantias, ac amicorum rationes consultiuas, Cazimiri consensus, ac in Cracouiam Cautus, iucundusq; nec non felix ingressus, quo omnes ipsum in Dominum suscepunt, & constantissime pro illo se morituros, corporali mediante iuramento vnanimiter sponderunt.

Circa primam partem notandum, duplex causa in litera tangitur, qua regnicolæ sunt moti pro susceptione Cazimiri. Prima est, fauor regnicolarum erga Cazimirum: Cum enim Cazimirus regnicolis fuit, sic multipliciter virtutibus Politicis & purgatorijs commendatus, mox, animis eorū fuit amicabiliter affectus. Et meritò Teste enim Tullio lib. de amicitia. Nihil est virtute amabilius. Nihil quod magis aliciat ad diligendum. Nam propter virtutem & probitatem, eos quos nunquam vidimus, quodam modo diligimus. Secunda causa est affectus libertatis adipiscendæ.

Qui libes

Qui libet enim homo libertate afficitur. Vnde secundum Polycratū lib. 7. cap. 17. nemo est qui non gaudeat libertate, & qui vires quibus eam rucatur non optet.

Circa secundam partem aduertendum. Cazimirus excusando se de Regni susceptione, alegat & præfert charitatis fraternæ amplexum, ne per eiusdem Regni susceptionem incurrat eiusdem fraterne charitatis contrariū, videlicet odium perpestimum charitatis fraternæ, atq; Dei expulsū. Consistit enim fraterna charitas, iuxta Hugonem in paradiso animæ in quatuor, vt puta, si quis proximo tanquam sibi, bonum in anima, bonum in corpore, bonum in honore, bonum in rebus exterioribus cupit prouenire. Si ergo aliquis in aliquo istorum quatuor deficit, charitas in eo non est, sed odium, & hic sui ipsius homicida est, quia scribitur 1. Ioan. 3. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Quia ergo sub altero principatum ambire non est charitate, roboratū, ideò digne, Cazimirus principatum renuit, nec ipsum sub fratre suo Mieszkone accipere attentauit.

Circa tertium est aduertendum. Sa-
piusq;

pias quæ fieri non debent, multoties utilitatis ac necessitatis, aut honestatis causa legitima interueniente, licitè admittuntur, salua affectus bonitate. Vnde Polycr. lib. I. cap. 4. Causa, inquit, actum poterit decorare, si aut necessitate subsistat, aut ingerit utilitate, aut honeste splendet, cum ex affectu mentis, tota valeat substantia operis colorari. Affectus enim operi nomen imponit. Ergo iure Cazimirus non debuit principatum Cracouien. & Dominium totius Poloniæ acceptare, causa tamen legitima tunc interueniente, scilicet Regni salute potuit hoc facere.

Circa quartam partem aduertendum, Secundum Petrum Blesneñ, Epistola 32. Ea est lex amicitiae & conditio charitatis, vt amici intimi in necessitatibus suos interiores affectus exteriori opere prosequantur, eo quod secundum Tullium libro de amicitia, Amicorum est idem velle. Sic ergo Cazimirus legitur fecisse, qui ex se Principatum Cracouien. nec non totius Poloniæ renuit accipere, votis iuuictus amicorum, eundem principatum tandem curauit suscipere, Non est enim dolus qui ser-

F f

uit fidei

uit fidei, & militat charitati. Secus autem est, si Domini Poloni fidem, & sacramentum religionis sibi spondissent, quia ibidem subiungit Polyeratus dicens: Hoc tamen cauendum docent Historiæ, ne quis illius molliatur intentum, cui fidei ac sacramenti religione tenetur astrictus. Nam & Sedechias ob neglectam fidei religionem, legitur captus, & exoculatus. Et subiungit. Sed nec veneni, licet videam ab infidelibus aliquin vsurpatum, vlllo vnquam iure indultum lego licentiam. Non quod tyrannos de medio tollendos esse non credam, sed sine honestatis religionisq; dispendio. Magna igitur pietate Domini Poloni, tam erga Patriam, quàm erga Principem Mieszkonem tenebantur, quia & patriæ salutem reddiderunt, & Principem profligatum de Regno non occiderunt, vt scilicet reatum suum cognouisset, & pro peccatis pœnitentiam congruam egisset, animamq; suam in via salutis posuisset. Impletum est ergo in eo dictum Polyerati, quod scribit libro 1. cap. 21. dicens. Finis tyrannorum est confusio, & ipsis flabello paratur incendium, cum ad correctionem processerint tyrannicè filiorum.

Caput

C A P V T V I I .

De Mieszkonis senis proscriptione ,
ac ipsum de Regno mirabili eie-
ctione.

H I S imperterritus Mieszko , summæ
magnanimitatis princeps, suorum consi-
lilia , fidem animos, & robur explorat. Sed
sero. Quia neglecto diu languori, non fa-
cile succurritur. Nec est in maris fundo
consultatio naufragij, eodem namq; mo-
mento, quo iurisiurandi religione, illi sese
obstrinxerant pro illo constantissimè mori-
turos, & fidei obliuiscuntur, & Principis.
Sed & charissimi eius, tantorum prorsus
beneficiorum immemores ab eo dilabuntur.
Inter quos Dux Odo; cuius primogenitus
hostis atrocissimus; proprij radicem stirpis
eradicare contendit, in proprium verticem
flammas congerit; in patris exordium per-
tinacissimus, non ut quendam Bactrianens-
sem, quod absit imitetur parricidam: sed ut
nouerca filios, quibus pater post se suc-
cessionem

cessionem sponderat, à Regno arceret. Regem siquidem Bactrianorum Eucratidem, cuius supra meminimus filius iam Regni socius à Patre factus, ambitu interfecit. Qui quasi hostem iam patrem occidisset, per sanguinem eius currum egit, & corpus inhumatum abijci iussit, sed non sine vltione. Huius enim parricidæ vnicus paruulus, aui morte anxiat: anxius ignaris custodibus nemus ingreditur, dolorem anxietatis morsibus ferarum optat finire. Quibus diebus aliquot per lustra vagabundus, fungis & radicibus laboranti stomacho succurrit. Nouissimè cuiusdam gustu radicis, pestiferæ in languorem prosternitur: quo fatigatus quasi animam exhalaturas oscitare cepit: oscitantis ori serpens illabitur, cognita forsitan suæ pestilentiae radice illectus: hic introreptans herbas crudas, & indigestas, ad os stomachi reuocat, & ad vomitum impellit. Patèr interea venatibus indulgens, diutissimè quæsitum ac desperatū. Sic tandem vomitantem inuenit: qui cum rugitu & per adolescentulum prouoluitur, lachrimas effundit, ad os moribundi os applicat, & hiantem osculis fatigat. Illico serpens oscu

pens osculantis labio morsum inpingit, quo læsus pater ac territus, repente resiliit, & serpentem vix cum parte labij abstrahit, & obterit, paruulumq; femianimem ad suos reportat, & in breui redditur sanitati adolescens, omni veneno euomito, patrem ex vulnere serpentis infusum, virus in Vesaniam vertit, qua sæuissime agitatus, cum alios oppetere non posset, linguam, labia, mordicatim sibi detruncans absorbet, sic propria membra dimordicans, vix tandem expirauit. Agnoscisne hic diuinitatem ylti-
cem. Nam adolescentis pietatem, idem serpens medendo remunerat, & patrie sui nefas patricidam occidendo vlciscitur, quorum ex altero pensandum, quantum gratiæ mereatur filialis deuotio. Ex reliquo autem, quantum supplitij timere debeat contempta parentum religio. Igitur Mieszko non tam fraternis eicitur armis, quam suorum perfidia, qui pænè ab omnibus desertus patria simul excidit, & regno, finitimo verò cū tribus contentus filijs oppidulo, circumdederūt illum vndiq; infortuniorum agmina. Nam gener eius Sobeslaus principum strenuissimus, à Regno Bohemorum profli-

capitur, misericordiae supplicatione inflectatur, si regnare non appetit, misereri non contemnat. Ad quos ille, Antiqua inquit, imò antiquata penes nos est huius tentationis calliditas: nec enim tam repente à nostra potuit excidisse memoria, qualiter primi Principum, Ajax & famosus ille Suatossaus cuius gloriosa hodie viget prosperitas, & cuncti patre proceres me licet renitentem ad idem regnum pertraherent, ut propulsato pessimo Principe fratre nostro Boleslao, in fausta vendicatione securius imperarem. Sed malui fraternae pietatis amplexum omnium preferre imperio. Nam qui fratrem odit, sui homicida est quia, quia fraternum in se cor amputat, proprijs semetipsum praecordijs exenterat. Quoniam igitur tunc puer innocentiae fonte laui pedes meos, quomodo in sanguine rursus fraterno inquinabo illos? O quam egregiè ad Principatum gradus, in me homicidium, in fratre fratricidium, in fratricidio paricidij temeritas. Quo namque pacto in eius exterminium consurgam, qui me plus quam fraterna fouerit teneritudine, quem plus quam filiali deuotione semper coluerim? Periniquum profus est iniquis prosperari comitijs. In-

tijs. Instant illi, Sanè inquit Princeps de-
 renissimè, Bolestat parendum erat pietati,
 quia tunc nulla honestas causæ intercessit so-
 lo factionis impetu, contra illum perstre-
 pente. Nunc alia ratio pactum reformat,
 cum omnes extrema vrget necessitas quibus
 nisi tua succurrat miseratio, nisi tam obstran-
 gulatæ Reipub. relaxetur per te spiriticulum,
 suffocari necesse est, cum nulla sit aliorsum
 transmigrandi facultas. Vix itaq; tam cre-
 berrimis instantiarû importunitatibus, quam
 amicissimorum impulsus consilij, Cracouia
 cum perpaucis adit cauens, ne violenta ma-
 gis ipsius occupatio videatur, quam vltroque
 Ciuium electio. Occurunt illi alacritate
 indicibili exercitus numerosi carauatim, vn-
 diq; turmæ profluunt, exultant, gratulan-
 tur, Salvatorem proclamant aduenisse: om-
 nis illum ætas amplectitur: omnis adorat
 contio, dignitas omnis veneratur. Valuæ
 quoq; ciuitatis licet inuictissimis, instructæ
 præsidjs vltro patefunt, vltro ab arce de-
 siliunt, quos Mieszko vrbis præsidio præ-
 fecerat, cunctiq; prona ceruice scabello Ca-
 zimiti aduoluuntur. omnium itaq; concur-
 runt vota, omnium coniurant studia, & prin-
 ceps ab omnibus adoratur.

COMMENTARIUS.

CAPITVLVM hoc in quatuor di-
 uiditur partes principales. In prima par-
 te ponitur omnium Cracouitarum ac Regni-
 colarum in Cazimirū mētis directo. Qui per
 suasi comēdatione præcedenti cuiusdam præ-
 insignis viri, tūm fauore Cazimiri, tūm stu-
 dio adipiscendæ libertatis & euitandæ. Ti-
 rannidis Mieszkonis, intentiones suas in Ca-
 zimirum direxerunt, ac ipsi studiose supplica-
 uerunt, vt si Regni culmen non ambiat,
 nec regnare appetat, petitioni tamen ipsorum
 benigne annuens, misereri non contemnat.

In secunda parte ponitur, Cazimiri, ad
 petita ipsorum responsiua excusatio, quæ pro-
 cedebat ex fraternæ charitatis, spontaneo pre-
 cordio. Quemadmodum etenim prius eius-
 dem Regni principatum sub fratre suo Boles-
 slao Crispo, per eosdem Regnicolas petitus
 renuit accipere & sic vniformiter sub Mie-
 szkone recusat idem regnum suscipere fra-
 terna suffultas charitate, quā quidem frater-
 nam charitatem, si abiiceret, ipsemet sui ho-
 micida fieret, in fratre fratricida, & contra
 infratri-

Infratrici odio parricida vt litera deducit.

In tertia parte ponitur Regnicolarum instantior supplicatio, causæq; ac necessitatis legitimæ per eosdem allegatio.

In Quarta parte ponit Regnicolarum importunas instantias, ac amicorum rationes consultiuas, Cazimiri consensus, ac in Cracouiam Cautus, iucundusq; nec non felix ingressus, quo omnes ipsum in Dominum susceperunt, & constantissime pro illo se morituros, corporali mediante iuramento vnanimiter sponderunt.

Circa primam partem notandum, duplex causa in litera tangitur, qua regnicolæ sunt moti pro susceptione Cazimiri. Prima est, fauor regnicolarum erga Cazimirum: Cum enim Cazimirus regnicolis fuit, sic multipliciter virtutibus Politicis & purgatorijs commendatus, mox, animis eorû fuit amicabiliter affectus. Et meritò Teste enim Tullio lib. de amicitia. Nihil est virtute amabilius. Nihil quod magis aliciat ad diligendum. Nam propter virtutem & probitatem, eos quos nunquam vidimus, quodam modo diligimus. Secunda causa est affectus libertatis adipiscendæ.

Qui libes

Qui libet enim homo libertate afficitur. Vnde secundum Polycratū lib. 7. cap. 17. nemo est qui non gaudeat libertate, & qui vires quibus eam rueatur non optet.

Circa secundam partem aduertendum. Cazimirus excusando se de Regni susceptione, alegat & præfert charitatis fraternæ amplexum, ne per eiusdem Regni susceptionem incurrat eiusdem fraternæ charitatis contrariū, videlicet odium perpessimum charitatis fraternæ, atq; Dei expulsū. Consistit enim fraterna charitas, iuxta Hugonem in paradiso animæ in quatuor, vt puta, si quis proximo tanquam sibi, bonum in anima, bonum in corpore, bonum in honore, bonum in rebus exterioribus cupit prouenire. Si ergo aliquis in aliquo istorum quatuor deficit, charitas in eo non est, sed odium, & hic sui ipsius homicida est, quia scribitur 1. Ioan. 3. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Quia ergo sub altero principatum ambire non est charitate, roboratū, ideò digne, Cazimirus principatum renuit, nec ipsum sub fratre suo Mieszkone accipere attentauit.

Circa tertium est aduertendum. Sæpiusq;

pias quæ fieri non debent, multoties vtilitatis ac necessitatis, aut honestatis causa legitima interueniente, licitè admittuntur, salua affectus bonitate. Vnde Polycr. lib. I. cap. 4. Causa, inquit, actum poterit decorare, si aut necessitate subsistat, aut ingerit vtilitate, aut honeste splendescat, cum ex affectu mentis, tota valeat substantia operis colorari. Affectus enim operi nomen imponit. Ergo iure Cazimirus non debuit principatum Cracouien. & Dominium totius Poloniæ acceptare, causa tamen legitima tunc interueniente, scilicet Regni salute potuit hoc facere.

Circa quartam partem aduertendum, Secundum Petrum Blesnen, Epistola 32. Ea est lex amicitia & conditio charitatis, vt amici intimi in necessitatibus suos interiores affectus exteriori opere prosequantur, eo quod secundum Tullium libro de amicitia, Amicorum est idem velle. Sic ergo Cazimirus legitur fecisse, qui ex se Principatum Cracouien. nec non totius Poloniæ renuit accipere, votis iuuictus amicorum, eundem principatum tandem curauit suscipere, Non est enim dolus qui ser-

uit fidei, & militat charitati. Setus autem est, si Domini Poloni fidem, & sacramentum religionis sibi spondissent, quia ibidem subiungit Polykratus dicens: Hoc tamen cauendum docent Historiæ, ne quis illius molliatur intentum, cui fidei ac sacramenti religione tenetur astrictus. Nam & Sedechias ob neglectam fidei religionem, legitur captus, & exoculatus. Et subiungit. Sed nec veneni, licet videam ab infidelibus aliquin vsurpatum, vlllo vnquam iure indultum lego licentiam. Non quod tyrannos de medio tollendos esse non credam, sed sine honestatis religionisq; dispendio. Magna igitur pietate Domini Poloni, tam erga Patriam, quàm erga Principem Mieszkonem tenebantur, quia & patriæ salutem reddiderunt, & Principem profligatum de Regno non occiderunt, vt scilicet reatum suum cognouisset, & pro peccatis pœnitentiam congruam egisset, animamq; suam in via salutis posuisset. Impletum est ergo in eo dictum Polykrati, quod scribit libro 1. cap. 21. dicens. Finis tyrannorum est confusio, & ipsis flabello paratur incendium, cum ad correctionem processerint tyrannicè filiorum.

Caput

CAPVT VII.

De Mieszkonis senis proscrizione,
ac ipsum de Regno mirabili eie-
ctione.

HIS imperterritus Mieszko, summæ
magnanimitatis princeps, suorum consilia, fidem animos, & robur explorat. Sed
fero. Quia neglecto diu languori, non fa-
cile succurritur. Nec est in maris fundo
consultatio naufragij, eodem namq; mo-
mento, quo iurisiurandi religione, illi sese
obstrinxerant pro illo constantissimè mori-
turos, & fidei obliuiscuntur, & Principis.
Sed & charissimi eius, tantorum profus
beneficiorum immemores ab eo dilabuntur.
Inter quos Dux Odo; cuius primogenitus
hostis atrocissimus; proprij radicem stirpis
eradicare contendit, in proprium verticem
flammas congerit; in patris exordium per-
tinacissimus, non ut quendam Bactrianens-
sem, quod absit imitetur parricidam: sed ut
nouerca filios, quibus pater post se suc-
cessionem

cessionem sponderat, à Regno arceret. Regem siquidem Bactrianorum Eucratidem, cuius supra meminimus filius iam Regni socius à Patre factus, ambitu interfecit. Qui quasi hostem iam patrem occidisset, per sanguinem eius currum egit, & corpus inhumatum abiecti iussit, sed non sine vltione. Huius enim parricidæ vnicus paruulus, aui morte anxietur: anxius ignaris custodibus nemus ingreditur, dolorem anxietatis morsibus ferarum optat finire. Quibus diebus aliquot per lustra vagabundus, fungis & radicibus laboranti stomacho succurrit. Nouissimè cuiusdam gustu radicis, pestiferæ in languorem prosternitur: quo fatigatus quasi animam exhalaturas oscitare cepit: oscitantis ori serpens illabatur, cognita forsitan suæ pestilentiae radice illectus: hic introreptans herbas crudas, & indigestas, ad os stomachi reuocat, & ad vomitum impellit. Patèr interea venatibus indulgens, diutissimè quæsitum ac desperatū. Sic tandem vomitantem inuenit: qui cum rugitu & per adolescentulum prouoluitur, lachrimas effundit, ad os moribundi os applicat, & hiantem osculis fatigat. Illico serpens oscu

pens osculantis labio morsum inpingit, quo
 læsus pater ac territus, repente resiliit, &
 serpentem vix cum partè labij abstrahit, &
 obterit, paruulumq; femianimem ad suos
 reportat, & in breui redditur sanitati ado-
 lescens, omni veneno euomito, patrem ex
 vulnere serpentis infusum, virus in Vesani-
 am vertit, qua sæuissime agitatus, cum
 alios oppetere non posset, linguam, labia,
 mordicatim sibi detruncans absorbet, sic
 propria membra dimordicans, vix tandem
 expirauit. Agnoscisne hic diuinitatem yltri-
 cem. Nam adolēscentis pietatem, idē
 serpens medendo remunerat, & patriēdij
 nefas patricidam occidendo vlciscitur, quo-
 rum ex altero pensandum, quantum gratiæ
 mereatur filialis deuotio. Ex reliquo au-
 tem, quantum supplitij timere debeat con-
 tempta parentum religio. Igitur Mieszko
 non tam fraternis eicitur armis, quàm suos
 rum perfidia, qui pænè ab omnibus deser-
 tus patria simul excidit, & regno, finitimo
 verò cū tribus contentus filijs oppidulo, cir-
 cumdederūt illum vndiq; infortuniorum agmi-
 na. Nam gener eius Sobeslaus principum
 strenuissimus, à Regno Bohemorum proflic-
 gatur.

gatur, alter gener Dux Saxonum, & Bauariæ, ab hostibus circum quaque impetitur, imo à quibuscunq; solatium sperari debuerat proprijs adeò necessitatibus vrgentur, vt nec modicillum subsidij polliceri possent, omnes quoq; Maritimorum præfides, non solum obsequielis renunciant, sed hostilitatis arma in illum capessunt. Omnes Cazi-miri gaudent subesse imperio.

COMMENTARIUS.

CIRCA literam aduertendum, secundum Philosophum in Ethic. Filij parentibus non possunt æquiualens reddere, nec possunt eis sufficienter recompensare ratione triplicis boni, ab ipsis recepti, scilicet nutrimenti, doctrinæ, ieu naturalis educationis, & informationis. Ratione quoque ad tria filij parentibus obligantur, scilicet ad reuerentiam, vitæ necessaria, & obedientiam. Vnde Eccl, 7. Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliuiscaris. Hæc reuerentia fieri debet tripliciter, scilicet, Ore, Corde, & Corpore. Primò corde, vt ipsos de toto corde diligant, super omnia

per omnia post Deum. Dicit enim August. super Cant. Ordinavit in me charitatem, amor parentum est præponendus amori filiorum. Secundò ore, vt nec diris, nec asperis verbis cum ipsis contendant, sed blandis verbis ipsis respondeant, & ipsorū reprehensiones patienter, & humiliter sufferant. Iuxta illud Catonis. Patientia vince parentes, quod est contra illos, qui parentibus maledicunt, & ex hoc diuinam maledictionem incurrunt. Exod. 2. Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Tertiò corpore, vt si debiles sunt corporaliter, quod portentur, & eis manualiter seruiatur. Eccl. 3. Fili suscipe senectam patris tui, & ne despexeris eum in vita illius. Ad hanc reuerentiam sic exhibendam, inducunt nos ne dum sacra scriptura, sed etiam natura, & acerba pœna, naturaliter enim secundùm Polycr. lib. 5. cap. 4. Parentes veneramur. Et hoc tali exemplo deducitur, quod scribit Philip. de Parg. par. 5. præc. 52. Quidam paterfamilias de vxore sua adultera, tres filios videbatur habere, quorum solus vnus ei fuit legitimus, quem dum scire cupiebat ab vxore, non potuit exquirere. Mo

rere. Moriens tamen illum hæredem constituit, qui suus legitimus filius extitit, cum verò quilibet diceret se legitimum hæredem trahuntur ad iudicium. Iudex autem protulit, vt quilibet eorum in corpus patris defuncti iaceret sagittam, & qui melius percuteret, in medio cadaueris hæreditatem perciperet. Cumq; eorum duo sagittis valde percussissent, qui verus erat filius, dicit se nunquam percussisse patrem suum, & si quando cæteri percuterent, non dimitteret nefas, & hæc dicens flebat. Iudex iudicauit eum esse verum filium, & per consequens hæredem, quia natura ad hoc faciendum compellit eundem. Ad reuerentiam etiam parentibus exhibendam, debet nos inducere pæna acerba, quam multoties infert Deus parentes maledicentibus. Vnde August. de Ciuit. Dei refert, quod quædam nobilis mulier de Gezaria, habuit tres filias, & septem filios. Quæ cum nuper defuncto suo viro tristaretur, & tunc à filijs commolestaretur, male dixit qui in Vesaniam ac tremorem membrorum sunt conuersi, & ob suam nobilitatem ciuium aspectum non ferentes, per mundum vagabantur: quorum pæna cun-

pœna cunctorum videntium terrebat aspectū.
 Duo autem ex ipsis, Paulus & Paladius,
 cum intrauerant Ecclesiam S. Stephani,
 ob merita ipsius sunt curati. Illi autem qui
 parentibus reuerentiam non exhibent, sed
 eos maledicunt, aut manus violentas ini-
 ciunt, timeant ne executionem Dei gra-
 uem incurrant.

CAPVT VIII.

De ordinatione Poloniæ per Cazimi-
 rum, ac de ipsius totali gubernati-
 onis adoptione.

CVI dum omnes vrbes Prouinciæ,
 ac municipia, sine bello gratulanter
 patefiunt; Sileuciana visa est rebellare Pro-
 uincia. Cuius Principatum Mieszko Wla-
 dislaides fratre abacto Duce Boleslao rapu-
 erat: hanc non minimis extortam conati-
 bus Boleslao Cazimirus restituit, sed & fra-
 tris eius strenuitatem eiusdem videlicet Mie-
 szkonis, quorundam largitione oppidorum
 obstringit, fratremq; ipsorum Conradum,
 Ff § Glogoni-

Glogouienſis Marchiæ Principem fecit. Odo-
nem verò Poſnaniēſi principatu inſignit.
Leſzkoni autem Prouincias paterno relictas,
teſtamento confirmat. Præſidi earundem
omnibus prædito virtutibus, Principi Siro-
ni eius curam committit; Eiuſdem Siro-
ni nepoti Samborio Gdanenſi Marchiæ in-
ſtituto, quendam quoq; cui nomen Bogu-
ſlaus, ſeu Beadorius maritimis ducem con-
ſtituit. Nam Gneſneſ. Prouinciam, quæ
eſt omnium apud Lechitas Metropolis, cū
ſufraganeis vndiq; municipijs, propriæ prin-
cipatus corpori connectit. Sed & Ruſſiæ
nonnullas iubet accedere prouincias, Præ-
miſſiē. cum oppidis contingentibus, Wla-
dimiriē. cum Ducatus integritate. Brze-
ſcie cum omnium ſuorum incolatu, Drohi-
czin cum ſuorum vniuerſitate. Sic itaq; Ca-
zimirus ſit Monarcha Lechiæ. ſic quatuor
fratrum Wladislai, Boeſlai, Mieſzkonis,
Henriçi quarti Principatus in ſolum, Ca-
zimirus confluerunt, ſicut pater longe præ-
dixerat, de quatuor loquens fluminibus. Per
quæ quatuor Monarchias figurat per alueos
quatuor Principatus, Cazimirum per aureā
ſiculam, virtutes eius per fontem aromaticum
ſignificans

significans : Igitur seruitutis ioramenta dirupit, & exactoria iuga dissipat, dissoluit tributa, vectigalia relaxat, onus non tam alieuiat, quam penitus exonerat, angarias, ac perangarias expiare iubet,

COMMENTARIVS.

IN HOC capitulo ostendit : Primò. quomodo Sileutiam rebelantem subegit sibi, & inter fratres, scilicet Boleslaum longū, Mieszkonem loripedem, & Conradum filios Wladislai exulis distribuit.

Secundò. Quomodo Posnaniensem Principatum Odoni primogenito Mieszkonis senis, assignat & donauit.

Terriò. Quomodo Leszkoni & nepoti suo filio, Boleslai Crispi Mazowiam, & Kuiauiam, testamentaliter sibi per fratrem, & auum assignata donauit, & literis testimonialibus confirmatit. Cui propter iuuentutem tutorem quendam nobilem Sironem dedist.

Quartò. Quomodo Samborium eiusdē Sironis nepotem, Gdanensi Marchiæ præsidem fecit.

Quintò

Quintò. Quomodo Boguslaum Marchiæ inferioris ducem constituit, Gnesneñ. verò Prouinciam cum suis sufraganeis, ciuitatibus, ac Cracouia, Siradia, Lencicia, Sendomiria, Lublin, nec nonnullis Russiæ Prouincijs, scilicet Przemisliëñ, Wladimiriëñ, Brzesten, Drohicen, cum Castris, municipijs, & oppidis, ac earum appendijs suo annectit imperio. Sic itaq; Cazimirus fuit Monarcha Lechiæ, secundum Prophetiam sui patris Boleslai, factam in agone mortis suæ, vt habitum est de hoc, lib. 3. Epistola 27.

Vltimo ostendit. Quomodo patriam libertauit, & oppressiones seu quæuis graua mina à suis regnicolis relaxauit, & omninò amouit.

C A P V T IX.

De Regni Poloniae Constitutionibus, ac antiquis consuetudinibus, eandemque cassationibus.

FVIT autem huic genti ex antiquo persolenne, & quasi consuetudinis autoritate approbat

approbatum, vt quisq; potentum quorsumlibet pompaticè vergens, pauperum non tantum paleam, fenum, stipulam, sed annonam horreis ac tugurijs per fractis, prædantiuè diriperet. Nec tantum depascenda quantum caballis per conculcanda profunderet. Erat & aliud non absimili temeritate antiquatum: Quotiens à potente aliquid vel exilis legariunculae ad quemlibet esset instanter perferendum: Iussi sunt Satellites veredis pauperum insilere, & vnus horæ momento infinitissima stadiorum millia cursu citatissimo transuolare. Quæ res multis multo fuit periculo, quorundam caballis irredibialiter enervatis, quorundam penitus extinctis, nonnullis cum probati essent irreuocabiliter abductis. Vnde latrociniorum, nonnunquam homicidiorum obrepfit occasio non modica. Fuit præter hæc à Principibus pertinaciter vsurpatum; Vt bona decedentia Pontificum, quasi quodam prædociño diriperent, aut à principali fisco inferrent: quod quia diuini iuris est, nullius in bonis est. Quod autem nullius in bonis est, occupanti conceditur, sed Deus non irridetur, nec irrideri debet vllius phantasie ridiculo. Igitur ne

tur ne talia de cætero fiant. iubet æquitatis Princeps sub anathematis interminatione inhiberi. Adunt Sacris institutis insulati octo Sacri Antistites, Sbillaus Guesnensis, Archiepiscopus, Gerko Craçouiensis, Sirossa-
 us, Wratislaviensis, Cherubin Posnanien-
 sis, Lupus Plocensis, Onolphus Kuiauiensis,
 Conradus Pomesaniensis, Gaudencius Lu-
 bucerum. Est autem octenarius primus so-
 lidorum numerorum inter pares, & nume-
 rus beatitudinum, quod signat solidas esse
 debere constitutiones, & beatos fore ipsorū
 cultores. Omnes itaq; vna voce pronunciant.
 Qui pauperum annonam, aut vi; aut
 quolibet ingenio acceperit, aut accipi iusse-
 rit, anathema sit. Qui legationes occasione
 cuiuslibet angariauerit, aut angariari iusse-
 rit quadrupedem, anathema sit; excepto v-
 no casu, quando videlicet hostes alicui Pro-
 uinciæ imminere nunciantur. Nulla est enim
 iniuria, si tunc vtcunq; saluti patriæ con-
 sulitur. Rursus, qui demortui bona Præ-
 sulis inuaserit, aut inuadi iusserit, siue Prin-
 ceps ille fuerit, seu quælibet Illustris per-
 sona, seu quæuis officialium, sine omni ex-
 ceptione, anathema sit. Sed & qui spolia
 sum susce-

tum susceperit Pontificium, sine sublatorum integra restitutione, aut certa restitutionis sponfione, tanquam sacrilegij eiusdem consensaneus, eiusdem innodetur anathematis participio. Approbant vniuersi, & cunctis gratissimas asserunt sacrarum prohibitionum sanctiones, quibus intemerata ex eo accedit perennitas. Quod Apostolico terrij Alexandri priuilegio roboratur: diuino cuius oraculo principatus Cazimiri confirmatur, ne paterna illi voluntas vllum pariat præiudicium, qua cautum fuerat, vt penes maiorem natu principandi resideret autoritas, vt in principatu litem successionis ratio primogenituræ dirimeret.

COMMENTARIVS.

CAPITVLVM hoc diuiditur in duas partes principales. In prima consuetudines malè antiquitus in Regno Poloniae solite ponuntur. In Secunda parte, ad instantiam Cazimiri Principis præclarissimi, per Archiepiscopum Gnesnensem Sbilbaum, cum suis septem Suffraganeis dictæ consuetudines singullatim cassantur, & sub excommunicationi-

municationis pœna prohibentur, nec non per omnes, tanquam. Sacræ ac omnibus vtilis constitutiones approbantur, & Alexandri Papæ tertij priuilegio roborantur. Qui tertius Alexander Cazimirum in Principem Poloniae sic electum confirmat, non obstante patris dispositione, qua cautum fuerat lib. 3. Epistola 26. Quia senior semper fratris Principatum & regnum obrinere debeat. Informatum enim fuit per Regnicolas Dominus Apostolicus de Mieszkonis multiplicibus tyrannidibus, ob quas ipsum à Principatu sic abiectum, non reuocauit, sed Cazimirum electum confirmauit, & gratiosè roborauit. Circa literam est notandum, secundum Boetium, & Ioannem, de Sacro busto in tractatu de radicum extractione. Triplex est numerus, scilicet linealis, superficialis, & solitus, linealis est, qui consideratur penes unicum processum, scilicet non habens respectum adductionum numeri in numerum. Sed superficialis est, qui præuenit ex ductu numeri in numerum semel, etsi eiusdem numeri in semetipsum, vt. bis duo sunt quatuor fit numerus quadratus, numerus vero solidus est, qui prouenit ex duplici ductu numeri in

meri in numerum, & si eiusdem numeri in eundem numerum vel suum quadratum sit numerus cubicus. Et sic corpus solidum dicitur firmum, & numerus beatitudinum, de quibus Math. 5. sic istæ constitutiones ab octo Episcopis factæ fuerunt firmæ, quia à Regnicolis acceptæ & priuilegijs Alexandri Papæ roboratæ.

C A P V T X.

De Mieszkonis senis supplicatione
Cazimiro porrecta, pro sui ad principatum restitutione.

FRATER interea fratrem obnixa supplicatione fatigat, non interpelata precibus instantia sollicitat. Poneit illi ante oculos tremulæ senectutis defectus, luctuosum natus eiulatum, funebria neptum lamenta, crebros nepotum singultus, quibus melius esset ocellis gladio, quam interimi fame, cuiusdam ergastuli angustijs inclusis. Saceriusque agit finituo semel intercipi articulo, quàm guttatim infortunijs distillare.

G g

Meminisse

Meminisse illum rogar, qua teneritudinis dulcedine apud ipsos eius fota sit adolescentia : quo studio : quo amplexu educata iuventus : quo demùm fauore , qua solertia , quibus, nisi dissimulare velit, eorum beneficijs, non solum patrimonij primitias, sed & principandi fuerit assecutus auspicia ; quã filiales quoq;, quàm deuotè, quàm intimis erga ipsos semper ferueñ. præcordijs eius affectiones extiterint. Vbi nam, inquit, illa tam gratuita sponsonum vbertas & vbi tam intemerabilis illa fidei perennitas & Si vlla igitur adhuc superest tantæ scintilla dulcedinis, si viuit vlla tot gratiarum scintillula, summo nobis erit beneficio patriæ restitutio. Minus enim miserum est domestico teri iugo, quàm exilij calamitatibus tabescere ; Imperandi siquidem onus, & Regiæ celsitudo Maiestatis viris decrepitis, viribus imbecillibus non conuenit. Nam nec lentisci virgultum, nec stipitis annositas carientis, molibus congruit fulciendis : immò prouidentius agi cum hac Republica non potuit. Cui non peregrinus, non barbarus, non prædo quispiam insultat, sed Princeps imperat legitimus : cuius incunctã-
ter impe-

ter imperium factio proditionalis, naturali-
um odio Principum, hostibus prostituere in-
tendebat, eodem forsitan proditionis inge-
nio circa te militatura. Tutius ergo est, &
magis honestati consentaneum, te tuorum
fulciri nepotum obsequijs, quam stipari pro-
ditorum insidijs. Alioquin illud verendum
est Sapientis, Væ soli, quia si ceciderit,
non habet subleuamen.

COMMENTARIUS.

MIESZKO senex cum iam exilij tæ-
dio fuisset affectus, humili qua potu-
it Cazimiro prece supplicauit, vt ipsum nõ prin-
cipatui, sed tantum paternæ ditioni resti-
tuere dignaretur. Cuius preces vt facilius
Cazimirus dignaretur exaudire, allegat sibi
tùm propriæ personæ miserabile senium,
tùm nurus flebilem eiulatum, tum etiam la-
menta nepotum, ac beneficia in ætate tene-
ra, eidem Cazimiro per ipsum exhibita;
atq; erga ipsum Regnicolarum proditionalem
industriam, vt sic timens citius ipsum assu-
mat. Deniq; Sapientis dictum adducit.

Eccles. 4. vt in textu.

G g 2

Capus

CAPVT XI.

In quo Cazimirus petitionem fratris
sui examinat, & exauditione di-
gnam iudicat.

AD hæc Cazimirus : Ingratitudo, in-
quit, est accepti dissimulatio beneficij.
Cuius Comites sunt repræmiationes, Odiũ
& arrogantia supercilium. Quorum socie-
tas, aut societatis contagium nunquam no-
bis in animo fuit : immò fateor, ac semper fa-
teri velim fratris, ac nurus me immortalibus
obnoxium beneficijs. Nec iniusta enim est
eorum postulatio, quæ nonnisi debitam pa-
trimonij restitutionem continet. Nam Prin-
cipatum forsitan repetendi nullum illi ius
competit, quia priuilegium meretur amitte-
re, qui concessa sibi abutitur potestate. Si
tamen pertinaciter abusum fuisse constiterit.
Expedi enim Reipub. ne quis re sua malè
vtatur. Quod autem ab efficacissima hære-
ditatis portione illum retardare videatur:
prorsus non video. Suboritur exinde mur-
mur, &

mur, & increbescit seditionis tumultus inter Proceres. Aiunt enim. En quod verebatur accidit. Rarò coruus coruum exoculat: Rarò frater fratrem stirpitùs exterminat. Nostrum hic agitur discrimen, nostrum evidentissimè periculum. Huius enim restitutio, nostrum est exterminium; quia non differet, cum tempus acceperit atrocissimam iniuriarum ultionem exercere, imò truculentissimam ultionis tyrannidem. Geminus profecto nobis hostis imminet, & Mieszko propter suas, Cazimirus propter fratris iniurias. Quid ergo eodem certè surculo amputari conuenit, eiusdem surculos propaginis. Frustra enim extirpatur carduum, inter ea socia manente radice. Intellecto autem Cazimirus, tam discriminosa seditionis exitu, ad se deuolui asserit, non animo restituendi fratrem hæc à se dicta, sed studio experiendi animos ipsorum, acceptissimamq; sibi esse eorù erga se constantiam.

COMMENTARIUS.

CIRCA literam aduertendum est, secundum Franciscum, lib. 1. cap. 91.

G g 3

Duo sunt

Duo sunt beneficentiæ vulnera, Exprobratio largientis, & Recipientis obliuio, vtraq; mater ingratitudinis est beneficij nouerca. Illa ingratitudinem parit in altero, hæc in se. Et hæc quæ parit ingratitudinem in altero, fit quatuor modis. Primo, iuxta Senec. de benef. Ingratus est qui se accepisse negat quod accepit: ingratus qui dissimulat: ingratus qui non reddidit: Secundò. Quia obliuiosus nunquam videtur esse gratus, quia non permisisset sibi beneficium de memoria. Vnde Cato: Accepti beneficij memor esto. Terriò. Quia obliuio præcludit viam redeundi ad gratitudinis virtutem.

Secundò notandum secundum Cassiod. lib. 9. Variarum Epist. 19. Rerum causæ semper in semine sunt, quia illam læsio remedetur, cuius origo non tollitur. Et hinc est, quod Domini Poloni cum viderent fauorem Cazimiri pro Mieszkonis reuocatione, timentes de periculis ex hoc euenturis, cogitabant etiam Cazimirum de Regno eicere, quia sublata causa auferrur & effectus. Ipse enim dictorum periculorum ipsis imminentiũ causa fuisset, per hoc, quod Mieszkonem ad Regnum Poloniae admisisset.

Caput

CAPVT XII.

De modis per Mieszkonem quæsitis, quibus potuisset Cazimirum à Principatu Poloniæ destituere.

AT Verò Mieszko ad Imperatoria conuertitur suffragia, querulosè coram Imperatoris Friderici Senatu deplangit, hoc modo: Nullo auctore, nullo iudice, nullis arrestationibus, aut instrumentorum adminiculis, non citatum, non conuictum, non confessum, exui primogenituræ priuilegio Principatus destitui, prærogatiua patrimonij, deniq; possessione per vim excuti, & arceri, Cui non iuris allegatio, non dicendi acrimonia, non amicorum interuentus, non precum instantia, non sponsionum fides patrocinari potuit. Cazimiri licet absentis virtutibus in contrarium allegantibus, Nam neq; Polonis eligendi Principem posse adimi potestatem, quia nihil interest, inutilem habeant, an vllum, neq; Cazimirum sola virtutū inuidia debere defungi Principatu, imperatorius

torius apex sententiat. Sic Mieszko vnde sperauerat solatium, retulit infortunium, qui nondum sui penitus oblitus, etsi minus honestum, salutare tamen reperit consilium. Cuidam enim suorum quondam quæstori, per maritimam vectigalium filiam matrimonio copulat. Cuius ope non obsequelam quidem, sed amicitiam, ac fauorem maritimorum assequitur. Horum fiducia cum aliquantulis armatorum noctu surripit, Metropolim diluculo circumsilijt, expugnat, victor ingreditur. Qua perfidiata, omnes patrimoniales, quam breuiusculè munitiones, eadem parè facilitate qua perdidit, recuperat. Fratres, vt aiunt, occultio-rem illi recuperandi oportunitatem sugerente. Quia verò minorum successu, spes maiorum sæpè concipitur, venit illi animus principatum repetendi: diuq; inter ipsos nunc verbis, nunc armis altercatur. Sed Mieszko longè viribus inferior, plus ingenio, plus arte contenderat. Nam quotiens intentius arma videt imminere, iurat patrimonium sibi sufficere, deierat Principatum. Cum autem arcus belli remittitur, ait: Coacta iuramenta robur non habes-
re. Inter-

re. Interdum illa nititur industria, de qua legitur apud Demosthenem, lupi cum pastoribus de inimicitijs iurgantur. Ad quos Pastores: Cur nobis molesti estis? Dicunt lupi: Quia cum inimicis nostris fœdus pepigistis. Si ergo de pacis perpetuitate nobis scum pacisci vultis, hostes nostros, id est, canes abigite. Similiter cum canibus paciscuntur, ut ab eorum hostibus, scilicet à pastoribus abscedant pacem cum ipsis habituri. Quo facto in strage gregis liberius debachantur. Ait itaq; Mieszko ad fratrem: Nescis Wladislaidem Boleslaum hostem nobis communem? Hic namq; nostram Lemmanis venundare gestit libertatem, quatenus aliorum tributis suam aliquantisper apud illos alleviet servitutem. Hic semper insidiatur nostro calcaneo. Tum ut paternarum à nobis iniuriarum exigat ultionem, tum ut nobis radicibus euulsis, vacantem, quod absit, solus occupet Principatum. Hinc est quod cautius inter nos, aut seminat discordias, aut seminatarum fouet intentium. Hunc igitur si deseris, cedo querelæ ac omni primogenituræ, iuri omninò renuncio. Quem dum Cazimiri repudiat credulitas,

astus Mieszkonis mox in amicitiarū sibi iura compaginat. Huius consilio filium gratiæ reformat, Lemmanorum Principes, ac Procerum præcipuos rursus circumuolat, per quos ab Imperatore venia contra Cazimirum impetrata, plurimos sibi conciliat, & in fratris corrogat excidium. Quorum primi dum in eminentiore cuiusdam aulae suggestu, de Cazimiri exterminio deliberant, & coniurant, omnem illis consultandi seu nocendi facultatem, repentinus amputat interitus. Aula namq; licet roboris perpetui, nulla vi, nulla turbine impacta, sed oculto numinis iudicio repente conuulsa, pæne omnes obterit, quosdam exanimat. Sic inimicorum eius animositas emarceuit. Nec mirum, cum eius innocentiam eodem ferè miraculo, Dominus eiãrescere voluit, quo Matris suæ partū dedicauit. Romani siquidem ad propagandam suæ gloriæ perpetuitatem, quoddam templum in honore Appollinis exstruxerant, non minus admirabile artificio, quàm robore. De quo consultantibus oraculum quamdiu permanere, seu stare debeat. Respondetur, donec virgo pariat. Qui hoc arbitantes in perpetuum obstringere non posse, utpote

se, utpote de natura impossibile, vocarunt illud templum Appollinis æternum. Sed eo momento quo Beata virgo peperit, æternitatis illa fabrica vtrò collapsa est, & redacta in cinerem. Vides igitur Cazimire, quid Creatori, quid eius matri debeas, qui te nõ tam defensare, quàm irradiare tanto dignati sunt miraculo.

COMMENTARIUS.

CAPITVLVM hoc in tres diuiditur partes, secundum tres actus, siue modos. Primus modus fundabatur super Imperatoris coercitione. Mieszko enim cernens beneficium suæ restitutionis in fratre Cazimiro non esse, ad Imperatorem Fridericum primum confugit, sibi que suæ destitutionis modum minus iustum exposuit, suffragiaq; super sua restitutione postulauit.

Secundus modus fundabatur super amicorum sibi per affinitatem conquisitione. Cum enim Mieszko apud Imperatorem suffragia non obrinuit, ad quendam Boleßlaum olim per Maritimam Prouinciam Quæstorẽ, quem iam Cazimirus Iudicem inferiorem
Pomeran

Pomeraniæ creauerat se conuertit. Cui filiam suam matrimonialiter copulat, amicitiam maritumorum, exinde non modicam sibi adaptans, &c. vt in textu patet.

Tertius modus. Mieszkonis astus fuit Poeticus, vbi fingit hominem loqui cum brutis. Hic inquam modus fundatur super amicorum à Cazimiro distractione, & eorundem in sui amicitiam confederatione, per quod Cazimiri potestas videbatur diminui, & facultas Mieszkonis augeri, vt in textu patet.

Circa literam sciendum, secundum Iacobum in Zophologio, par. 2. cap. 4. Duplices sunt fabulæ. Quædam sunt Aesopicae, quæ fingunt animalia muta loqui. Aliæ sunt Lybisticae, quæ fingunt homines loqui cum brutis, & de hoc ponitur exemplum in litera.

C A P V T XIII.

De alio dolo aduersus Cazimirum, per Mieszkonem senem facto.

NON minus tamen inuicti robur culminis subuernare nititur, insidians æmulatione. Eius-

latto. Eiusdem namq; arte ingenij, fidelis-
simorum illi latera subducuntur, qua Bole-
slaus paulò ante descijerat. Ex alieno ere-
nim infortunio æmuli eius propriæ fortu-
næ aucupantur auspicia: æger siquidem imò
ægotatius erat Mazouizæ Princeps Leszko,
sed probata suorum strenuitate robustissima,
quibus vt æstimaret subductis medicillum
roboris superesse Cazimiro: Aiunt ergo:
inter ipsum & fratrem intemeratissimum, sæ-
deris pignus reperisse vnicam duntaxat, fra-
tri non abnuat Campestrium, Kuiauiam Pro-
uinciolam, quæ Leszkone decedente cognas-
tionis ratione illi competeret: Leszkonis
enim erat, cuius languorem non principis
patus deinceps deceat, sed miserioris quale-
cunq; vitæ solatium. Hoc pacto inisse vni-
uersæ controuersizæ intrant finem. Cæterum
Cazimirus deliberatorijs responsum iudicij
suspendit. Interim illi Leszkonis Procura-
torem, ac militiæ Principem, cuius prou-
dentia totus illius regebatur Principatus, se-
creta colloquutione conueniunt, rem quasi
ratam à Cazimiro habere detegunt; mentis
untur Cazimirum ægotantis nepotis, pos-
sessione sædera fratris mercari: Delibera,
inquiunt,

inquiunt, quid eligas? Nam si consentis, quod absit, conditione pupilli seu adulti, contra ius deteriore facta, te ipsum ipso iure à tutela seu cura submoues. Si autem renuis, inextricabili hostilitatis labyrintho te apud Cazimirum inuoluis. Nam Mieszko tam iniqua horret taxare commertia eius. Si sapias, patrocinio tutus eris de utroque. Igitur Leszko suasu Procuratoris cum vniuersitate sui potentatus, in patrocinia Mieszkonis transmigrat, & Mieszkonidem per mirè, tam industriæ, quàm allegantiæ, iuuenem Mieszkonem sui successorem Principatus testamento instituit. Sed iuuenis qui expectationis victus radio, & suimet impatientis Principem sese mox gerere capit. Quod Leszko, licet æger, ægre ferens ad Cazimiri pedes penitentia reductus, pronus aduoluitur: Peccavi, inquiens, pater in cœlum & coram te, nec sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut vnum ex mercenarijs tuis: quem Princeps humanissimus cum lachrimis exosculans, excessum defectionis ignoscit. Nam & mulier, vt ait lex, breui reuersa nec creditur diuertisse. Tum Leszko: paterni religionem testamenti pia veneratione confir-

ne confirmans, propriæ quoq; testationis
 robor adiecit, quo Cazimirum ex integro
 sibi successorem pronunciat, quod supremæ
 voluntatis arbitrium die supremo conclusit.
 Vnde nimirum priore testamento, seu
 codicillo nihil egisse visus est, quia prius
 legatum virtute posterioris expirat. Nec
 enim creditur consensus, nisi dures
 consensus.

COMMENTARIUS.

MIESZKO senex inimicos Cazimiri
 subordinavit, qui se servituti fidelissimæ
 Cazimiri præstitierant. Quam fidelitatem
 astruentes, Cazimiro consulerunt, ut
 Kuianiam Leszkonis Ducis Mazoviæ sui ne-
 potis, tunc ægrotantis fratri suo Mieszkonis
 seni iam Ducatum Gnesnensem occupanti litem
 redimendo traderet: Qua donatione facta,
 amplius inter eos quævis controuersia & pax
 sempiterna, perduraret. Super quo dum Ca-
 zimirus deliberat, illi mentientes Sironi Le-
 szkonis tutori, hæc quasi rata referunt, ei-
 demq; Sironi consulunt, ut si vellet & Le-
 szkonis obtinere tutoriam, & Cazimiri non
 timere

timere inimicitiam ad Mieszkonis se deberet conuertere tutelam. Cui dum ipsorum consilium Leszconi consult, vt ad Mieszkonis tutelam committat, Kuiaiam à se abstrahere per Casimirum non permittit. Leszko igitur cum consilia Sironis sui tutoris sequitur intentionem Mieszkonis, Leszko se committit & filio Mieszkonis iuueni, Mieszkonni Mazouiam & Kuiaiam post sui decessum testamentaliter tradit. Qui Mieszko ductus ambitione, victusq; expectationis diutinatone adhuc Leszkone viuente cæpit se Principem gerere. De quo Leszko dolens, dolium inter se & Cazimirum seminatum reperit, pænitentia igitur ductus ad Cazimirum recurrit, & gloria ipsius obtenta Mieszkonem eiecit, Cazimirumq; suum patrum successorem legitimum. Ducatus Mazouiae & Kuiauiae facit. Et hoc vltimo die vitæ suæ in morte conclusit, Iuxta testamentum per patrem suum Boleslaum conditum, vt habetur super lib. 3. Epistola 31. Et sic per testamentum posterius priori derogauit: meliusq; roboris prius testamētū effecit. Constitutio enim posterior derogat priori, & testamētum quod fit in morte efficacissimū est, & omnibus derogat.

Caput

CAPVT XIV.

De Cazimiri miranda ac stupenda victoria, per bellum admiratione dignum, obtenta.

SIC fratrum non sopita, sed aliquantisper interpellata discordia, hostem natura asserens ocij torporem, ad exteriora sese applicat, virtus Cazimiri patriæ dedignata limitari ergastulo, qui Russiam ingressus primam Brestensium urbem aggreditur, tam viris quàm arte, ac loci situ munitissimam obsidionum vndiq; arctat angustijs, quàm sororis suæ primogenito à fratribus per errorem eiecto restituere instituit, Matre ob clandestinas odij causas filium non esse mentiente, sed prolis desperatione suppositum. Quæ res etsi veritati præiudicium non pariat, apud plurimos tamen eius opinionem grauare visa est. Vnde ciues indignum asserentes quendam spurium, Principibus debere principari, acerrimè rebellant: sed & exercituum duces plurimum in illo scandalizantur, Cuius o-

H h

casione

casione seditionis fremitus constrepit, & in
 sacri palatii Principem summæ virtutis vi-
 rum Nicolaum attolitur. Indignatur enim
 eius vesania, non consilio tantæ Maiestatem
 Principis in id insipientiæ desipuisse: ut man-
 feri cuiusdam contra filios causam non ne-
 potes elegerit assumere, ut vilis lucelli gra-
 tia Lechitarum gloriam tantam, discrimi-
 nosis tam sordidis prostituerit comertijs.
 Nec desunt qui pertinacissimè astruant illum
 cum hostibus, de prodendo exercitu pepi-
 gisse. At verò vir fortis ac industrius, quæ-
 dam illorum prudenter dicta exterminat,
 quædam æquanimus tolerat, nonnulla dis-
 simulat, ne seditionarius magis videatur
 communis coadiutor propositi. Aduolat in-
 terea quidem velitum, qui non pauca ho-
 stium agmina, non pronunciat quidem,
 sed cominus imminere indicat & deiurat. A-
 dest namq; Dux Belziæ Vseudolus, cum
 Principibus Laodomiriensium, cum Halicis
 ensium præcipuis, cum electis Tibianorum
 turmis, cum Parthorum millibus vrbs sub-
 sidio, videre videor prominentium nemus
 lancearum, illa Barbarica Beltarum insignia,
 illam armorum rutilantiam, ordinatissimas
 agminum

agminum acies, adeoq; modestos, adeoq; tranquillos acierum processus, ut immobiliter moueri videantur, quatenus castris obsidentium sensim irrumpant, aut instructione prælij disciplina, gloriam victoriæ nanciscantur. Quorum occursum mox belli clarum intonare iubet. Cazimirus, arma capessit, Bucephalo impiger insilijt, in hostem non suffucatum, intrepidus ac impavidus progreditur suorum, quibusdam obsidionis studio intentis. Nonnullis in vrbis exploratione occupatis, ex alijs causis passim vndiq; dispersis, stupenda prorsus audacia, ne dixerim temeritas in manu tam perpauca, suis pænè omnibus ignaris, cum tot hostium millibus pænè solus congregi non formidat, cum partitarum nimbi sagittarum grandine densus, horrentibus vndiq; stridonibus occurrant, non difficulter, inquit, socij vesparum examina dissipat Vespadius. Imò solus grifalconis aspectus imbecillos miserunculorum turmas diuentilat, findentis igitur instar fulminis, prima partis aduersa acie fusa, muros armorum ferreo cuspide transcerebrat, ense dissecat, hostes quasi agni senum humi prostermit. O rem

non minus fidei quàm stuporis plenam, non illum tam robustorum impetus obruit, non tanta incurrentium moles obterit, non tam mucronum acies transuerberat, non tam densa telorum spicula confringunt, non torquentium pressura torcularium exanimat, sed frendenti nefrendo persimillimus quos eandem assequitur, quosq; propria rabies impellit, dente transuolat fulmineo. Qui non victus, nec vincendo fatigatus, frementes in se fluctus hos excipit. Illos modo scopuli retrundit, & obterit, cuius allisione omnis procellarum rugitus, omne pyraticum robur colliquefeit. Quippe vincit conflictu lapis ollam quo icta. Quæ cum rupe gerit prælia resta perit. Tum demum longius perstreperente, belli discrimine successim accelerant. Qazimiridæ propriæ sydus gloriæ quam iam extinctum lugent. Qui victricis vïso aquilæ signo, per medias cadauerum strages gratulabundi penetrant, tantoq; victoriosius instant, quanto suo cadit ictu. Petra stat inuicta, feriens fert olla, quod gloriolius conspiciantur Principem triumphasse, adeo vt de tot millibus hostium vix Pegasi agilitate solus illorum Princeps euaserit.

KADLVBKONIS. 485.

euaserit. Omnes autem satur cruoris gladius absorbit, aut inundatio fugientes vndarum torrens inuoluit, aut victor suplicantes vinculis mancipat, iuxta prognosticum auguris ipsorum, qui pridie quando bellum essent ingressuri, super belli exitu ab eis consultus, lugubre fore portendi exitium, in extis phisiculantibus fuerat auguratus. Quod illi hostibus portendi, non sibi arbitantes in id discriminis prolabantur, eodem nimirum auolandi scelere, quo Saul Samuelem à Phytonissa resuscitatum consuluerat. Israel inclyti, & arma bellica in montibus Gelboe ceciderunt. Sic tam vrbe potitus, quam victoria, quem proposuerat Principem instituit. Sed modico tempusculi interiectu, Princeps institutus veneno à suis propinato extinguitur. Exinctu Prouincia fratri eius Duci Laodomiræ Romano, ratione obsequelæ indulgetur à Cazimiro.

COMMENTARIUS.

BELLVM hoc Cazimiri sic accidit. Boleslaus Krzywousty duas vxores legitur habuisse. Primam filiam cuiusdam Principis Vons

Hh 3

cipis Vons

cipis Vonſcij, inter Nobiles Ruthenorum, de qua Wladiffaum exulem, & vnicam filiam generauit. Poſt cuius deceſſum, Henrici quarti Imperatoris Romanorum, ſororem ſibi in vxorem ſociauit, de qua quatuor filios, ſcilicet Boleſſaum Criſpum, Mieſzkonem ſenem, Henricum primum, & Caziſmirum ſuſcepit. Illam filiam de Ruthena genitam, Boleſſaus Colomano Regis Hungarorum filio matrimonialiter copulat: cui nomine dotis Caſtellaniam Geluſenſem aſſignat: & Rex Vngariæ ratione donationis, nuptiarum vxori filij ſui terram Przemiffienſem donat. Et nihilominus eundem Colomanum Rex Boleſſaus, vna cum Rege Vngarorum, Haliciensibus in Regem præfecerunt. Quæ filia Boleſſai, cum eodem Colomano Rege Halienſium vnum filium, defuncto autem dicto, Boleſſaus Criſpus frater Regiæ Halienſis prædictæ, ipſam cuidam Principi Ruſſiæ tradiderat in vxorem, de qua plures filios procreauit, in Halienſi Regno exiſtens. Et dum ille primogenitus nepos Regis Pannoniorum, Regnum Halienſe à fratribus ſuis, & à vicario poſtulauit ſibi reſtitui, ad ipſum pertinens

tinens ratione primogenituræ, & ex paterna
 successione, mater eius ad iussum viri, vt
 creditur, negabat, ipsum filium esse suum;
 asserens suppositum gratia complacendi viro
 suo primo. Et ob hoc successio sibi in
 Regno Haliciensi negabatur. Qui primoge-
 nitus ad auunculum suum Cazimirum, re-
 currit, & suas sibi inimicitias, & confusio-
 nes exposuit. Cazimirus igitur auunculus
 eius dictis sororis incredulus, nepotem su-
 um Regno restitui curauit, propter hoc
 bellum de quo agitur, mouit. Etiam vt
 omni naturæ contrarium, & destructiuum es-
 uitasset, & Dominium Regni Poloniæ di-
 latasset, ad quod quidem bellum, Anno
 Domini 1182. proficiscens, primo Brze-
 stensem Ciuitatem est aggressus, circa quam
 quosdam obsides, quosdam verò explora-
 tores relinquens, alios autem hinc inde
 prout expedire videbatur dirigens, solus cū
 perpauca Haliciam procedere voluit. Cui
 Vseulodus Dux Belziæ cum Principibus
 Laodomirensibus, & Primatibus Halicien-
 sibus, electorumq; Tibianeorum, & Par-
 thorum in mirabilibus turmis occurrit, bel-
 lumq; Campestre de sua multitudine con-

fidens cum Cazimiro gessit. Quorum primas acies Cazimirus impetuosè ad instar fulminis transuerberauit, vt litera deducit, & tandem de omnibus feliciter triumphat. Quod inquam bellum Cazimiricum prædictis Principibus se per simile habuit, sicut bellum ollæ cum lapide. Quanquam enim lapis sit paruulus, tamen magnam ollam concutit, & solus manet illæsus. Sic Cazimirus locum & morem lapidis gerens, Ruthenos locum & moram gerentes occidit, & penitus superauit, & in nihilum redegit, vt clarè litera deducit. Post quorum victoriam Vrbi Przemisliensi, ac Regno Haliciensi, primogenitum sororis suæ eiectum eisdem præfecit, & Dominū ipsorum instituit. Qui post Cazimiri recessum auunculi sui veneno, à suis sibi propinato est extinctus. Post cuius mortem Cazimirus Andree dicto Romano, Principi Ladomiræ fratri eiusdem primogeniti suo, suo similiter nepoti, Regnum Haliciæ ratione obsequiæ contulit, & donauit.

Circa literam aduertendum. Duplex causa in principio tangitur literæ. Quare Cazimirus contra Ruthenos bellum mouerat, &

rat, & ad ipsos sic expugnandos consur-
 rexerat. Prima, propter torporem ocn̄ de-
 uitandum. Vnde Polycr. lib. 1. cap. 6.
 Exercitatio siquidem parit & alit, præsta-
 bitq̄ quietis gratiam, quæ ocn̄ continuati-
 one, & quodam inertiaꝝ suæ marcore peri-
 mitur, vtrumq̄ in desiderijs est omnis ocio-
 osus, cum & omnis ociositas inimica sit
 animæ, & de domicilio omnia studia vir-
 tutis dimittat. Secunda causa propter virtu-
 tem exercendam; Virtus enim secundum
 Guidonium, terminis non clauditur, quæ
 si terminis clauderetur, iam virtus censeri
 non meretur. Virtus ergo Cazimiri patriæ
 militibus dedignari ad exteriora sese ex-
 plicat, vt litera docet.

Secundò notandum. Deuth. 18. Si su-
 rexerit in medio Propheta, aut qui dicit se
 somnium vidisse, & prædixerit signum atq̄
 portentum, & veniret quod locutus est.
 Non audias Prophetam aut somniarorem.
 Ex qua lege diuina planè habetur. Quod
 illa quæ ab auguribus seu diuinatonibus di-
 cuntur, non sic accipienda sunt, vt fiant
 quæ præcipiuntur ab eis, aut quæ colun-
 tur ab eis, quia non secundum Deum talia

H h 5

dicunt

dicunt, vt fiant, sed magis secundum diabolum mendacem, & deceptorem. Vnde ibidem, inquit Dominus: Ariolos & Magos ne patiaris viuere.

CAPVT XV.

In quo Cazimirus Laodomiros fugato, Romanum Principem Regem Haliciensem instituit.

QVEM ob meritorum insignia, Regno quoq; Haliciensium Cazimiri liberalitas insignit, Rege ipsorum Laodomiros in exilio profligato, qui à Bela Pannoniorum Rege restitutionis implorat subsidium. Illico Rex non tam exulantis commiseratione, quàm Regni ambitu Regem substitutum propulsat, Regnum occupat, filium instituit exulem, ne sit impedimento vinctum ergastulo in Vngaria includit. Qui custodia muneribus illecta clauculum tandem elabatur, & vix demum per plurima iactatus laborum dispendia in ipso confragosioris viæ periculo, vt syrtis vertebatur.

batur, partum salutis reperit. Vnde conceptus est languor, inde natum est languoris remedium. Hic siquidem quodam temeritatis impetu, limites Cazimiri cum latrunculis quondam irreperat, & raptas Illustrium fœminas, transfultima Barbarorum exterminia iure prædocinij distraxerat : defloratos tæceo virginum flos ules : quosdam etiam immaturos, prostratam sileo matronarum pudicitiam, sanctuarium prophanatum, sacrificij ministros inter sacra in sacris infulis, à cornu altaris pertractos, sacerrimi fœdatam religionem temporis, imò Reginae cœlorum, ignominiam sacro Assumptionis die, tam execrabile flagitium sacrilega non horruit, irreuerendissimè calcare reuerentiam, eius tanta impietas. Quam ob causam, idem sceleris auctor in exilium est à Cazimiro actus, non iniuria igitur seueriorem eius indignationem trepidare debuit, in cuius Maiestatem cursu tam temeratio impedit. Quia tamen ad piissimum Cazimiri numen supplex confugit, desperata licet veniæ successus illi non defuit. Non solum enim temeritatis indulgenti, sed & consolatrici beneficium gratiæ, apud Sacrum Principis

Principis oraçulum assequitur. A principali namq; serenitate, missus est palatij Princeps Nicolaus ille famosissimus, & filium Regis, quod cunctis videbatur Orientalibus impossibile cum omnibus Pannoniorum pompis, ac potestatibus potenter eradicat, & exulem Regno restituit. Sic manus eadem huic vulnus opemq; tulit. Vnde cuncta Orientalium regna tantus horror concussit, vt omnes ad Cazimiri nutum, plusquam tremulum folium contremiscerent.

COMMENTARIUS.

CVM post mortem primogeniti sororis Cazimiri, Cazimirus Romanum Principem Laodomiriensem fratrem eius, nepotem suum Regem Haliciensem instituit. Laodominus Romanum de eodem Regno expulit. Quo audito Cazimirus, potenter Russiam ingrediens, Laodominum de Regno Halicien. fugam inire coegit. Quo fugato Romanum viceversa sororis suae filium de secundo viro genitum, Haliciorum Regem instituit, & subacta Russia ad propria feliciter remeavit. Laodominus vero à Rege Pan

Rege Pannoniorum restitutionis implorat auxilium. Rex verò Pannoniorum Bela Laodomirominimè compatiens, sed potius Regnum Halicieñ. ambiens Romanum eiecit, Regnum verò Halicieñ. occupauit, & filium suum regem in Regno eodem constituit: Laodomirum verò exulem ne filio sub noceret vinctum ergastulo includit, qui carceris squaloribus nimium angustiatus, custodibus munera promittens captiuitatem euadit, & ad partes Russiæ furtim rediens, bonis tantum patrimonialibus contentus fuit. Quadam tamen temeritatis audacia assumpta limites Regni Poloniæ, cum quibusdam latrunculis inuadens raptas illustrium fæminas, & vasa sacrilega, intra barbarorum regiones vltimas transtulit, vt latius in litera patet.

C A P V T XVI.

In quo, quomodo Cracouitæ derelicto Cazimiro Mieszkonem senem in Principem susceperunt, & quomodo idem Cazimirus Principatum Cracouieñ. & totius Pol. Regni recuperauit, ostendit.

Porro

PORRO tam superexcellens gloria tituli, quantum illi gratiæ concepit, tantum peperit inuidiæ. Quidam enim quod in se virtutis assequi nequeunt, in alijs insectantur. Adeoq; infremuit olim conceptæ seditionis virus, vt septuaginta satrapæ in huius columnæ coniurauerint excidium. Cuius quasi cuiusdam solis occasu, suas æstimant umbras posse clarescere. In quem ne gratis, ne sine causa factionari videantur, cum nec veras, nec verisimiles habent rationes, quasdam nugaces, secundum non causam, vt causam congerunt ineptias. Allegant, per ipsum omne huius Regni decus pessundatum, omne decoris firmamentum eneruatum, asserunt Regis Pannoniorum fædere soluto, prorsus huius Regni securitatem expirasse aiunt. Galliciensis hostis restitutione, omnem Lechitarum gloriam declinasse, quem potius deceret patibulo suffigi, quàm Regno sublimari. Addunt illius fastum arrogantia à nemine ferri debere, qui Senatus non inspecta reuerentia, qui celsiorum non tam superata, quàm suppressa celsitudine, ac deiecta suam cælotenus efferre contumaciã minimè erubescat. Cæterum,

tetum, spectata illius erga Rempub. dili-
 gentia, experta fidei constantia, probatissima
 strenuitas, & omnibus non incognita inno-
 centiæ virtus, omnia illorum figmenta in
 auras exulant, solo utpotè inuidiæ fremitu
 conflata, nec aliquo probabilitatis ponde-
 re subnixæ; nihilominus tamen quod vi
 nequeunt, dolo peragere insistant. Nouerant
 enim stante Cazimiro illum cadere non pos-
 se. Vnde subtilius aggressi propositum,
 clam in Cazimirum proditione conspirata,
 ipsum conspirationis caput Cracouiensium
 præsidem, sub quadam defectionis occasione,
 ad Mieszkonem transmigrare iubent, aptū
 proditionis tempus cautiùs aucupantes. Itaq;
 remotioribus Principe occupationibus inten-
 to, nece interemptum fingunt, varias necis
 causas simulant, cum Mieszkone præsidem
 aduolare suggerunt, urbem amicis exhaustā
 Cazimiri occupare intendunt. Cui præsis-
 dium Venerabilis Cracouiensis Antistes Ful-
 co cum paucis amicissimorum anticipat,
 quo constantissimè proditoribus rebellante,
 proditorium tandem flagitium perpetratur.
 Traditur Ciuitas, produntur municipia, fas-
 ces, præfecturas, tribunatus, consulere de-
 cus, ac

cus, ac Senatorias dignitates, omnesq; magistratuum potestates, proditoralia monstra vsurpant. At verò sydus occidisse, quod meriti sunt, ea tempestatís caligine rutilantiùs emicuit. Nam etsi vir fortis, quans doctie languet viribus, nunquam tabescit virtute; duabus etenim ab Oriente accitis aquilis, edaces arcet vultures Cazimirus, & coruos abigit perfidiæ.

Audito siquidem Cazimirum reuixisse imò cum Duce Laodomiriæ Romano & Principe Belziæ Vseulodo, còminus imminere noctis compendio fugam ineunt Mieszko-tidæ: quibus inuicti Bohemorum Ducis Conradi copias occurrere fama crebro intentans, nonnihil formidiniùs incusserat. Hic enim tantus ac tantæ virtutis Princeps fuit, vt eius nutu Romani Cardio verteretur Imperij, vtpotè, quem victoriosus Romanorum Imperator Fridericus, in atrocissimum Dominici sepulchri hostem Zoldanum proficiscens, Imperialis coadiutorem celsitudinis filio suo Regi Henrico, præcæteris Principibus deputauerit. Qui cum esset frater iugalis Cazimiri, nullo pacto amicissimorum intimi, aut negligere debuit, aut dissimulare potuit.

potuit iniurias, quo tantum pro necessarijs Imperij detentionibus perplexo, nec fictas neccente moras Cazimirus Cracouiam intrepidus adit, quam eo quo obsidionibus cingit momento recuperat. Non vides elementissimam Cazimire numinis presentiam. En urbem tot electorum tuentur praesidia. Omnibus adminiculorum studijs instructissimam, omnium copiarum inundatione vberissimam. Omnes roboris exercitatissimi, omnes coniurati, omnes animositate frendentes, omnes vnanimiter in necem proni, omnes vna in Cazimiri perniciem armati. Auget illis robur, hinc Mieszkonides praesidiorum Princeps, inde consiliorum ille artifex urbis praefectus, stimulat illum Regni ambitus, armat istos pugio malitiae, omnibus rebellandi suggerit animum, penes Cazimirum veniae desperatio. Tum vero lixarum quidam quasi quodam leuitatis exercitio, e castris obsidionum euolans valum transilit, aggerem superat. muroq; annexus ierit tuniculam Urbis, imitatur incendium, subito ingens, ab exsubijs clamor attolitur, vociferantibus vndiq; urbem flagrare incendio. Vbi nunc

I i

illa o vi-

illa o viri strenuitas & vbi tam nuper feruens animositas & vbi plusquam leonum frendens illa atrocitas & Omnes repente attoniti; omnes tanquam fulminis ictu percussi, tanquam flammaram densissima inuoluti caligine, cum nihil omnino agatur periculi, vltro in manus hostium e muris præcipites iactantur, nonnulli valuis patulis passim in vincula prosiliunt. Ingeniosus ille artis Magister, e Basilica inquam sese tremebundus coniecerat, femiuuius prostrahitur, aquilarum auiditati exponitur, quarum unguibus in Russiam, inde in Pannoniam per miseræ exilij vices defertur, quod Sanctissimus olim Getko spiritu prædixerat Prophetico. Alioquin absorptabere, inquit, sicut gallus gallinaceus, qui nido matrem arcer, a nido pullos fouens alienos.

COMMENTARIUS.

CAPITVLVM hoc diuiditur in quatuor partes principales. In prima ostendit. Quomodo Cracouitæ ducti inuidia, Comitem Nicolaam virtutibus relucentem conabantur

conabantur de Regno fallaciter eijceret. In secunda parte ostendit. Quomodo nedum Nicolaum, sed etiam & Cazimirum nitebantur à Regno alienare. In tertia parte ostendit. Quomodo Cazimirus Principatum, & Regnum nutu Dominico acquisiuit, & in principem traditionis prophetia adimpleta fuit. De quo satis euidenter in textu.

Circa literam notandam. Quanquam secundum Philosophum, 2. Ethic. & Tullium in Rhetor. Virtus fit habitus quo quis bonus existit, & opus suum bonum reddit. Imò secundum Polycr. lib. 3. cap. 9. Virtus est quasi quidam radius solaris, in vsum omnibus datus, qui omnia quæ attingit claritate sua facit eximia. Nihilominus tamen secundum Iacobum in Zophologio, parte 3. cap. 1. Ipsius virtutis comes est inuidia, Africano siquidem industria dedit virtutem, virtus gloriam, & gloria æmulos comparauit. Vnde dicit textus: Quidam vt pote inuidi hoc quod in se assequi virtutis nequeunt, in alijs insectantur. Quapropter si inuidi habeant oculos & aures in omnibus Ciuitatibus, de omnibus felicitatibus torquerentur, quot enim

sunt felicium gaudia, tot inuidorum gemitus, & lamenta. Narrat Valer. Max. lib. 7. Quod cum Fabius Regem Antiochum classibus priuaret. Sed per hoc quid sibi profuit, nunquam melius fuisset ex quo victor erat, si pactum prosperè tenuisset. Hoc tamen inuidia fieri non permisit, quæ nullum bonum permittere potest; sicut nec Dominos Cracouiens. permisit virtutibus Nicolai Comitis fauere, sed eos inflammat virtutes eius odio habere. Qua quidem inuidia stimulati, nedum dictum Nicolaum persequi, & de Regno eicere sunt conati, sed & Principem ipsorum Serenissimum Cazimirum alienare, & Mieszkonem tyrannū assumere sunt impulsī.

C A P V T XVII.

In quo ostendit, quid Cazimirus fecerat cum his, quos vrbe acquisita, cū toto Regno in captiuitatem acceperat.

NAM nepotem cum omni suorum vniuersitate captiuitate emancipat; comitatibus in-

tibus instruit, fratri quasi peculiare munus remittit, vrbe ac municipijs, quæ frater occupauerat receptis. Plurimum verò liberandis profuit viri clarissimi oratio præinsignis Petri Archiantistitis. Cum enim omnibus pænè fixa staret sententia vel exilijs distrahi, vel ergastulis captiuos debere includi, aut exquisitis exponi expluuijs, aut certe tolli seditionum seminaria. Non sic, inquit Petrus, filioli non sic: Iniquum est, vt iura pietatis impia vendicet seueritas, presertim cum sit honestior beneficij exhibitio, quam vltionis occasio. Audire quæso libeat præclara huiusce honestatis insignia. Victorosus Rex Epiriotarum Pyrrhus victis Romanis, ducentos captiuos milites gratis Romam remisit, vt cognita viri virtute liberalitatem eius agnoscerent. Magnus Alexander cum Rege Poro congregitur, vincit, Porus capitur, qui victum se adeò doluit, vt eum veniam ab hoste accepisset, nec cibum sumere voluit, nec vulnera curari passus est. Quem Alexander ob virtutis honorem in Regnum incolumem remisit. Decet enim vt vir fortis, & animositate vigeat, & pietate non languat.

gheat. Heraclienſium quoq; non minus pietas fuit, quorum agros dum adueſti Athenienſes populantur, omnes naues repentino tempeſtatis turbine diſpereunt. Itaq; cum nec à mari, nec à terra, cum tam pauca manu reuerti poſſent, Heraclienſes eos cum vincere, aut omninò extinguerè potuiſſent, communitos beneficijs adminiculorum remittunt, vt quos habuerant hoſtes redderent amicos. Si non ſapit forſitan veſtro pallato ſilueſtris labruſca, & gentilitatis acerbitas, inſpidum tamen eſſe nequit ſancti exemplum Helizei. Rex namq; Syriæ ſapè inconclauſi ſecreto diſponebatur contra Regem Iſrael. Quod Helizeus per Spiritum Domini, videns reuelabat Rei Iſrael. Sic eo docente, capti ſunt multi exploratores. Quo Rex Syriæ agnito, iratus miſit exercitum ad obſidendam Doragim ciuitatem, in qua habitabat Helizeus, vt captus adduceretur. Mane autem facto, puer Helizei filius, vt quibusdam placet Sunamittis quem ſciſcitauerant, videns milites circa Ciuitatem, ſtupidus venit ad Helizeum, dicens: Pater, obſeſſa eſt ciuitas à Syris. Cui Helizeus: Noli timere quia plures nobiſcum ſunt. Et

unt. Et puer : Nequaquam Domine. Tunc
 orauit Helizeus ad Dominum, vt aperiret
 oculos pueri. Quo orante, vidit puer cur-
 rus ignitos, & milites in montibus, multo
 plures quam essent Syry, & ait : Vera sunt
 Domine quæ dicis. Iterum orauit Helizeus,
 vt hostes cæcitate Dominus percuteret,
 non vt viderent, sed quadam insensibilitatis
 specie, quæ dicitur acrisia, siue adorchia,
 qua percussi sunt Sodomitæ, Angelis hospiti-
 tantibus apud Loth. Ad quos egressus He-
 lizeus dixit : Quem queritis ? Et illi non
 cognoscentes eum, dixerunt : Nihil aliud
 nisi Helizeum. Et ille : Sequimini me, &
 inuenietis eum. Illi autem sequentes, vene-
 runt ad Samariam. Qui cum essent in me-
 dio Ciuitatis, nec cognoscerent vbi essent,
 orabat rursus Helizeus, vt aperirentur oculo-
 li eorum. Et videntes se in medio ciuitatis
 inter hostes, timuerunt valde. Dixit igitur
 Ioram Rex Israel ad Prophetam : Interfici-
 emus eos ? Qui ait. Nequaquam. Nec e-
 nim tu adduxisti eos in arcu & gladio, sed
 Dominus in potentia sua. Imò detur eis ad
 comedendum, & remittuntur, quod & fa-
 ctum est eis : Viros quoq; captiuos non

ab simili cæcitatæ caligine Dominus inuoluit, illachrimante plusquam Propheta, cum omnium Ecclesiæ suæ de institutione, sacro Cracouiensium Antistite. Quis enim non cæcus euidenter istoram cæcitatem non videat? quibus illic flagrare visa sunt incendia, ubi nulla prorsus erant incendiorum vestigia. Eorum ergo Captiuitas diuini muneris est, non vestræ humanæ virtutis. Ideoq; pium diuinitatis munus, pietate repræmiari conuenit, non cruenta impietatis ultione. Omnes itaque cum omnium suorum incolumitate pius Cazimirus remittit. Quæ res Mieszkonis animum tanto deinceps erga fratrem amore deuinxit, ut omnium omninò iniuriarum oblitus, fraternis gratularetur confoueri amplexibus. Vidit enim Vincentius, qui scripsit hæc, & scimus quia verum est testimonium eius, non credula solum, & fidissima inter illos colloquia inuicem, sed iucunda & præcordialissimæ plena dilectionis, conuiuiorum solennia. Fuit autem huius autor concordie ac funiculus, imò aurea cathena, vitæ omnium virtutum; omni scientiæ, omni sapientiæ quadratus industria, omnium morum venustate conspicuus, non minus profapiæ, quam ani-

KADLVBKONIS.

505.

quam animi generositate, præinsignis idem
 Petrus Archipontifex. Cuius etsi me rupe-
 ro, merita dictis non assequar. Quippè apla-
 non axe tero scribens Cato parvus Home-
 ro. Est Petra namq; Petri celsior arce me-
 tri: Psallant centri metro, tot vatum secu-
 la Petro. Claudicat omne metrum, non ca-
 pit omne Petrum. Vis benè nosse virum,
 cæli circumspice girum. Dispice quosq; solo,
 solus hic absq; dolo. Nectare fons plenus,
 sol sydere blandus amænus. Sydere necta-
 reus, nectare sydereus. Non benè te nos-
 scis bona si qua forinseca poscis. Omnibus
 omnifluo diues in orbe tuo. Te genusex-
 tollit, beat ordo, potentia ditat. Nobi-
 lius virtus te tua nobilitat.

COMMENTARIUS.

IN hoc Capitulo Cazimiri clementia
 erga captiuos describitur. Cuius quidem
 tantæ clementiæ autor fuit Venerabilis, om-
 ni industria, virtutum, sapientiæ, & sci-
 entiæ imbutus, & suffultus, omni venusta-
 te prosapiæ, & generositatis præclarus Pe-
 trus Archiepiscopus, Sanctæ Gnesnæ. Ec-
 clesiæ,

li 5

clesiæ,

clerae, qui studiosissime suppliciter Regem exorauit, quatenus in eisdem captiuis non ultionem faceret, sed pietatem ostenderet. Ut autem praefatus vir praehincis petitionem suam posset effectuare, animumque Illustrissimi Cazimiri ad eandem petitionem exaudiendam flectere, & ad clementiam declinare, adducit sibi similia gesta, & exempla, tum per scripturam Poeticam, tum etiam per scripturam sacram exhibita. Primum exemplum, de clementia Regis erga Porum ostensa. Secundum de clementia, erga Romanos exhibita. Tertium de Heraclensium pietate, & clementia. Quartum de pietate, Ioram Regis Israel, 4. Reg. 6. ut patet in textu. Unde in oratione ista, ponit tres conclusiones. Prima est ista. Melior est pietas quam seueritas. Circa quam notandum secundum Valensium: Siue enim seueritas pro vitio truculentiae sumatur, est vitium clementiae oppositum: siue seueritas capiatur pro virtute, utique pietas potior est quam seueritas.

Secunda Conclusio est ista: Melius est inimico benefacere, quam se in ipso vindicare. Circa quod sic patet. Cautius enim ho-

enim homo facit parcendo, quàm iniuriam debito suplicio coercendo. In constituendis enim pœnis secundum Senecam, lib. 2. de Clementia. Tutius est plura proponere, ne vna finitio rem comprehendat, & ut ita dicam formula excidat. Hinc est quod sapiens patit, consulit, & corripit, & rectè facit. Aliquem verbis tantum admonebit, pœna non afficiet, ætatem eius emendabilè intuens.

Tertia Conclusio. Vir fortis non solum debet animositate vigere, sed etiam pietate pollet. Circa quod aduertendum. Si enim in eo est animositas absq; pietate, non animosus sed crudelis censetur. Sicut enim iustitia sine misericordia crudelitas, & misericordia sine iustitia fatuitas. Sic animositas sine pietate crudelitas, & pietas sine animositate mollicies est.

C A P V T XVIII.

De concordia Polonorum & Vngarorum.

REGIS quoq; Pannoniorum fœdera,
idem qui eadem dissoluisse arguebatur,
Palatij

Palatij Princeps Nicolaus, cum semper memorato Cracouiensium præfule Fulcone ad perfectum reintegrant, iuxta Sanctorum instituta, Regis videlicet beati Stephani, & Sanctissimi Polonorum Patroni Adalberti, comuniter debere coli vtriusq; Regni amicitias, comuniter alterius hostilitates insectari, comunes fore prosperitatum successus, ad indirimentes necessitatū succursus.

COMMENTARIUS.

NICOLAUS Princeps militiæ. Illuſtriffimi Cazimiri & Venerabilis Fulco Episcopus Cracouiensis viri excellentes, profunditate suffulti consilij, Reges videlicet Vngariæ & Poloniæ, ad certum locum comportare studuerunt. Et ipsis sic conductis, pacem inter ipsos firmauerunt perpetuam, ipsamq; ex assensu vtriusq; partis, munimentis sub pæna Anathematis roborauerunt. Quametsi quæ pars infringere præsumeret. Omnipotentis Dei, & Sanctorum Adalberti & Stephani Patronorū indignationem incurreret. Caueant ergo Domini Vngari, & similiter Domini Poloni, dictam pacem

pacem, iuxta instituta Sanctorum Patronorum vtriusq; Regni factam, & permulta tempora obseruatam infringere, aut quouis modo violare, ne indignationē Dei aut Sanctorum dictorum patronorum incurrant, desolationemq; suorum faciant, quoniam vicinos contra vicinos pugnare malum est: sed potius vna pars alteram fauoribus, atque auxilijs, fideq; integra prosequatur, & ab æmulis sinceriter tueatur.

CAPVT XIX.

De eo, quomodo Cazimirus Pollexianos ditioni suæ subegit, & vitæ suæ terminum clausit.

COMPOS itaq; Regni Cazimirus, cæterus amicorum, sed incertus amicitiarū, **GETHICOS** magnanimiter sudores aggreditur. Quorum contigujs per nimium afflictis, & per creberrima vix adactis prælia, in Pollexianorum ceruicosam feritatem animosus accingitur. Nullius hæctenus bello vel virtute attentatam, **Glorioso enim Casimiro**

zimirō visum est inglōriū, paterna videri glōria
 contentum. Sunt autem Pollexiani **GETHA-**
RVM seu **PRVSSORVM** genus, gens atro-
 cissima, omnium ferarum immanitate trucu-
 lentior, propter vastissimas intercapedines,
 propter concretissimas nemorum densitates,
 propter bituminata inaccessibleia palustria.
 Horumq; latrunculos quidem Ruthenorum
 Drohicinensis Princeps fouere clanculo con-
 sueuerat, primos indignationis excipit acu-
 leos: vrbi siquidem quæ sui caput est prin-
 cipatus, quam Drohyczyn vocant, inclusis
 obsidionum perurgetur angustijs, non tam
 deditiois legibus accedere, quam perpetuæ
 seruitutis conditioni subesse. Illa sub-
 inde incommeabili heremi vastitate, trium
 naturalium dierum cursu citatissimo vix emē-
 sa, iubet quarto antelucano Catholicus Prin-
 ceptus omnem exercitum salutaris hostiæ, an-
 te omnia sacramento confoueri, sacri mini-
 stro sacrificij viro Reuerendo Plocensiu Ant-
 ristite. Dicebat enim contra Soladimitas,
 contra sacræ professionis hostes, contra
 spurcissimos idololatrias, pugnaturōs, plus
 in armis fidei confidere, quam in Materia-
 lis armaturæ fiducia. Itaq; intrepidi bellum
 quarunt:

quærent: diu quæsitum nusquam reperiunt, cunctis hostium in delubris ac speluncis delitescantibus, non tam timoris pusillanimitate, quàm cautelæ industria. Sicut enim in arte exercitatissimi, sed in plano nulli, plus arte quàm viribus, plus audaces temeritate, quàm animi virtute. Quibus non repertis, ne nihil agere viderentur, operosiorè populationem dant operam Lechitzæ, fana, burgos, pagos, celsas ædium fabricas, cum spicarijs horrea flammis inuoluunt, quia municipiorum nullus apud illos vsus: eosdem enim urbium habent muros, quos & feræ. Horum Princeps Pollexius, dolo ad Casimirum accedit, victum se fatetur, misereri suorum postulat, famulatio suscipi obsecrat, tributaria sese obsequela obstringit. In fidei pignus vades aliquot, seu obsides exhibet, plures exhibiturum pollicetur, exercitus obsidum securitate soluuntur, Pollexiani prostrato interim nemore, omnem remeatū præcludunt, pactioni renunciant. Aiunt obsidū salutem, non debere ferre libertatis impedimentum, satiusq; esse filiorum vita defungi, quàm patrum libertate destitui, quos profecto mors honestior, honestioribus est inuestura na-

ctura natalibus. Est enim omnium **GETHARVM** communis dementia, exutas corpore animas nascituris denuò infundi corporibus. Quasdam etiam brutorum assumptione corporum brutescere, quos instantis quoq; facti subtilitas, à brutorum ruditate non fecerunt. Nam quis vnquam grex hedorum secum lupos caulis incluserit? quæ talpa tam cecutiens proprio murilegum cauo inserare studuit? quæ vnquam noctua loramentorū fuit sollicita? quibus implumes pullorum suorum nidos aquilæ commodarent? O perbruta simplicitas, quæ mansuetam natura leonū generositatem, quadam sæuendi necessitate astringis. Eadem namq; arte Capitonem Regem suum prodituri, propter ingluuiem gobiunculi dispereunt. Etenim Capitonis delati pænè voracitate, ipsum delere intendunt, à Siluris & auxilium, & consilium implorant. Responderunt Siluri, simili sese proprii tyranni peste laborare, lupum enim in Regem creauerunt, procrastinari tamen, sed celari placet deliberationis inducias: Cætus interim prædæ auiditatem secutus, proprio sese impetu in arentia sabula propellit, repenteq; resilientibus vndisq; vires in arido ex-

arido explicare tanta bellua non poterat, ab exiguis reptilibus & appetitur, & extinguitur. Quæ res, & viam, & audaciam videtur suggessisse consilij. Quendam enim sinum nullius omnino profunditatis, latitudinis aliquantæ, sed in maris contiguitate angustissimum explorant & eligunt: aiunt aptissimum esse perdendorum Regum suorum proposito, ut potè, qui innumeras roborum capiat legiones, & regibus omnem virium amputat fiduciam, neque gobiones aut siluros minimis esse minores reptilibus. Neque lupum siue Capitonem cæto grandiores. Illic vniuersorum congesta infirmitate, utrunque Regum concilio corrogant, quos aliquantisper quasi renitentes crebris incurfibus sollicitant. Proinde lupus ut potè proteruior intro irrumpit, Capitoni remeatum obstruit. Sic imbellis illa pisciculorum plebicula, aut lupi dente discerpitur, aut Capitonis faucibus absorbetur. Non minus ergo fatua Pollexianorum fuit prudentia, quam gobionum simplicitas. In arcto enim constituti Cazimiridæ grassantius in hostes desæuiunt, animosius gobiunculos dentibus cuspidum proscindant, aut ensium, ac flammaram

Kk

faucibus

faucibus absorbent, donec omnium pænè cō-
 flagrata Prouincia, tam Princeps illorum,
 quàm Magistratum potestates, ad Cazimiri
 scabellum pronis ceruicibus prosteruntur,
 tam suam, quàm reliquorum salutem depres-
 cantes. Ad quorum calamitates Serenissimi
 Principis pietas mox animi compassionem
 inclinatur, donaq; nomine obsequelæ, ac tri-
 butorum cautione suscepta, cum triumpho
 ad propria reuertitur; Vbi non sui victus
 torpore, sed suorum persuasus lassitudine,
 aliquantisper otio indulget. Fuit autem sem-
 per illi solenne, sanctorum venerari solen-
 nia: Vnde cum beati Floriani diem, nunc
 in diuinis officijs, nunc in orationibus,
 nunc in gratiarum actionibus totum Do-
 mino impendisset, solennes in crastinum
 Principibus ac satrapis, & primis Regni
 epulas instituit. Suggestum illis multa super
 epulas lætitiarum. Primò de hostibus vndiq;
 triumphus. Secundò, post tanta bellorum
 discrimina Principis incolumitas. Tertio,
 tam propria, quàm amicorum securior tran-
 quillitas. Quarto, & rerum & temporum
 festiuior amœnitas. Nec deerat omnibus
 delitijs suauior Serenissima Principis ala-
 critas.

KADLVBKONIS. 519

cratas, omnibus exultandi animos exultantius infundens. Cumq; omnimode vox exultationis inter omnes caelotenus attolitur, tantæ gloriæ serenitas repentina subito tempestate obruitur. Nam tanti extrema gaudij, proch dolor, imò & media luctus occupat, & mæror iucunditatem rapit, & opprimit, in sinum concatenat ancillatum. Omnibus enim vndiq; versum exultantibus illud vnicum, & singulare sydus patriæ, cum quasdam de salute animum quaestiones Pontificibus proponeret, permodico hausto poculo, humi prolabitur, & expirat. Morbo, incertum est, extinctus, an veneno.

COMMENTARIVS.

CAPITVLVM hoc in duas dividitur partes. In prima parte triumphus Cazimiri, aduersus Pollexianos obtentus describitur. In secunda parte, terminus vitæ Cazimiri lamentabiliter ponitur.

Circa primam partem duo sunt. Primum. Quomodo Cazimirus **GETHAS**, vicinos Poloniæ superauit, quibus superatis, contra

Pollexianos processit. In quo processu quendam Principem Drohicinensem, eorundem Pollexianorum conseruatorem ditioni suæ subegit, & perpetuæ seruituti subiugauit. Secundo, Quomodo eosdem Pollexianos, aduersus quos principaliter processit, suæ ditioni subdidit.

Circa literam est aduertendum, secundum Polycr. lib. 2. cap. 26. Quod nulli Ducum nisi de manu Domini exercituum contigit victoria. Non enim in multitudine exercitus victoria belli, sed de cælo sortitudo est, quoniam facile est concludi multos in manus patitorum. Ideo Princeps bellaturus debet se Deo committere, & illum orare, ut dignetur sibi cælitus victoriam tribuere. Sic enim Theodosium in Historia Romanorum legimus fecisse; qui cum se vidisset à suis hostibus circumseptum, orationibus vacare cepit, & signo crucis ante posito victor fuerat. Sic & noster Gazimirus, Princeps Christianissimus aduersus Pollexianos, pro fidei Catholicæ maiori dilatazione bellaturus, fidens plus in virtute Dei, quam in potentia sui brachij, se, ac omnes suos committens Deo, eius corpus sanctiss.

sanctissimum suscepit, ac venerandæ suæ
passionis memoriam faciens, aduersus eosdem
Paganos prælia mouit.

Secundo notandum. Quoniam variæ
sunt opiniones de anima, ad præsens ta-
men refertur opinio triplex, quæ etiam
tempore prædicationis Christi viguit inter
Iudæos. Prima fuit Saduceorum, qui nes-
ciabant resurrectionem, putantes animas si-
mul cum corporibus interire. Secunda fuit
Ezeorum, qui dicebant omnes animas
ab initio creatas, & corporibus pro tem-
poribus infundendas. Tertia fuit Phariseo-
rum, qui dicebant defunctorum animas in
alia corpora usque ad resurrectionem transire.
Pollexiani ergo in parte sectabantur opinio-
nem Phariseorum, qui dicebant aliquas
animas denuo infundi corporibus hominum,
& aliis corporibus brutorum animalium.

Tertio notandum secundum Aegidium,
lib. de Regimine Princ. 3. part. 3. cap. 12.
Acies constructa in forma rotunda utilis est
ad sustinendum: in forma verò forficulz-
ri, utilis est ad circumdandum & conclus-
dendum, cum hostes sunt pauci. Sed in
forma acuta & pyramidali, utilis ad scinden-
dum &

dum & diuidendum, cum hostes sunt plures. Quare modus pugnandi Pollexianorū, factus in litera redditur quadruplici de causa. Primò, quia rectè se habuit, ac si Rex capratum lupum sibi in caula occluserit. Secundò, quia, ac si talpa murilegū in suo foramine serauerit. Tertiò, quia, ac si noctu aquilam circa nidum suorum pullorum ligauerit. Quarto, quia, ac si gobiunculi cum siluris debiles; in prælio contra Capitonem & lupum, reges suos fortes in arcto præliaturi concurrerint.

NOTA.

ANNO Domini 1183. per Aegidium Episcopum Mantuanensem, ossa S. Floriani Cracouiam fuerant allata: & per Cazimirum Principem ac Getkonem Episcopum Cracouien. deuotè suscepta. In honoremq; ipsorum extra Ciuitatē, per eisdē Basilica pulchra est fabricata, & erecta.

Caput

CAPVT XX.

In quo describitur iucunditatis querimonia contra mærorem facta.

AD EO tantis solis occasu tenebræ operuerunt terram, & caligo populos, ut omnia omnino mæror occuparet: ad quos quia tam subiti calamitas infortunij, tam subito peruenire non potuit, rebus nihilominus iucundis indulgent, & sic mixta est mærori iucunditas: quæ sese à mærore raptam ad eius pertrahi connubium, conqueritur hoc modo.

Iucunditas.

NON est pudor pro dolore.
Sed est dolor pro pudore.

Niti acrimonia.

Mærens queror de mærore.

Qui de meo ferta flore

Nectit tam funebria:

Eram nupta plus quàm Regi.

Quem præfoui, quem prælegi

Regum super millia.

K k 4

Hoc eda-

HISTORIA

Hoc edicto mortis legi,
Eius nece mox impegi,
Necis infortunia.

De mærore rapta queror
Diro cuius axe teror,
Vi raptoris anxia.

Torquet, angis, arctat mæror,
Desperato frangi speror
Hostis ad colludia.

Mæror.

Causæ causas aucupari,
Lite licem contestari:
Iuris est iniuria.

Temet nostro sponte lari,
Cursum infers, cur vulgari
Strepis impudentia.

Foues planctum, foues luctum
Fletum, quæso, ob quem fructum?
Lambunt nocticina.

Cum his ducis aquæ ductum,
Cum his blandum scis deductū,
Carpere per inuia.

Iucunditas ad libertatem.

En liber-

KADLVBKONIS.

521

En libertas, ecce soror
Quibus arris fundat horror,
Pacta sponsalitia.

Sic suadeor, sic exploror,
His perfusa, ut quid moror,
Probus ad opprobria.

Libertas.

Spernis aris insigniri,
Spernis veris perpotiri,
Tam vernante gratia.

— Nostram sortem vis metiri,
Inter scorta consortiri:
Cogimur stipendia.

Flet honestas, flet pietas,
Flet virtutum societas,
Omnis in Angaria.

Sexus omnis, omnis aetas,
Rebus latis fixit metas:
Citra conterminia.

Cum proretha prora cessit
Undas, fluctus, tunc expressit
Syrtes ac naufragia.

Tunc procella se ingessit,
Quae profundo subimprescit,
Salutis remigia.

K k §

Ergo

HISTORIA

Ergo tristi pulsa nube,

Spē sereni soror nube,

Serenatur tristitia.

Gaude mæror lætus iube,

Hymænei clangant tubæ,

Resonent tripudia.

Auro gemmis alacritas,

Tristes ducit hypocritas,

Tristis pestilentia.

Fulget sponsa gemmis, auro

Settum illi virens lauro,

Iugis dat vernantia.

Mæsto mæror de thesauro,

Horra fuco tincta mauro,

Promit lanificia.

Claro sponsæ chorus vultu,

Rutilante vernat cultu :

Ipsa rutilantia.

Mæror tristi cum tumultu

Eiulatus cum singultu :

Mæsta cient tædia,

Sæuum fædus contrahitur,

Sponsi fides detegitur,

Doli euidentia.

Sponsæ decus detrahitur,

Splendor omnis extinguitur

Atra inter atria :

Arguitur

KADEVBKONIS.

173.

Arguitur de crimine,

Inscribitur ex nomine.

Adhucitur innoxia.

Inuoluitur caligine,

Sine viri examine,

Pœnitet tot supplicia.

Mæror ad iucunditatem.

Nos veteris lege viri,

Sui luxu Cazimiri

Tentat ac lasciuia.

Sed nec vires demoliri.

Neque viros emoliri,

Phas est petulantia.

Cfudam gesto cicatricem,

Si mutui reddo vicem:

Quanam est iniuria?

Verba verbis cur intricem

Par est nosse contemptricem

Contemptriciis præmia.

Rogis rogo cetus ille,

Cibus esto nec fauilla,

Vlla fuit vestigia.

Paranymphis licet mille:

Sint Charibdes, sint & Scyllæ,

Prompta promptuaria.

Prudentia

Prudentia.

Furor furum cur hoc suades,
Mere cur sic maior makes,
Cesset truculentia,

Cedant lites, cedant clades,
Det amoris amor vades,

Praside prudentia,

Anceps omnis est hinc inde,
Fortitudo sed exinde,

Fortibus dat fortia.

Pacti fidemue rescinde,

Odit nouum ius proinde,

Veterum repudia,

Sic venenum fel cicuta,

Ars veneno texit scuta,

Contra veneficia,

Sic salute res exuta,

Ad salutem reddit tuta,

Duce temperantia.

Ad nos ergo vos redire,

Lites, probra consopire,

Imparat iustitia,

Is qui nolit obgrunire,

Iubet strictum compedire,

Pectorali fascia,

Probris

KADLVBKONIS.

525.

Probris nunquam desipies

Si te probus eripies,

Miti patientia,

Quædam dulcis temperies

Innascitur si socius,

Contrarijs contraria,

Iustitia.

Dulce canit hæc fistula,

Hic iubilus auicula,

Te sibilat ad retia,

O quàm dulce syrenula,

Nescis vocat ad pocula,

Mens abhorret sobria,

Vitæ mors est contraria,

Morte vitam inebria,

Mæsta matrimonia.

Dic obsecro prudentia,

Prudenti cum secordia,

Suntne contubernia,

Quod si quando vult ratio,

Vt consona sit unio

Inter dissonantia.

Est magistra proportio,

Vt muneri ministratio,

Disparia sunt paria,

Proportio

HISTORIA

Proportio quod consulis
 Vincis nodos in scopulis:
 Referas scrutinia.

Virus inest his poculis,
 Mors in olla his osculis.
 Sunt exitus exitia.

Quam sis prudens met declaras,
 Quam prudenter litus aras,
 Lauas latericia.

Sceno gemmas da præclaras,
 Sacras iunge porcis aras:
 Prosterit sanctuaria.

O laborem sic impensum,
 O deliræ mentis sensum,
 Manceps delirantia.

Verba colum, verba pensum,
 Vbi nullum scis consensum,
 Nulla scis commertia.

COMMENTARIUS.

VINCENTIVS describens hanc iu-
 cunditatis querimoniam contra mæro-
 rem factam, utitur vno modo prolongan-
 di materiam, qui secundum Ganisfredum in
 Poetica vocatur Protopopia, & est modus
 loquendi

loquendi attributus, impotenti loqui ad passionem, vel ad iocum prouocans auditorem. Committitur enim quando Orator causa prolongationis, materiae introducit res tanquam loquentes, quæ ex materia loqui non possunt, & tunc potest prouocare ad iocum, vel ad compatiendum.

CAPVT XXI.

De Leszkonis Albi in Principem Cracouiensem ac totius Poloniae electione.

SYDERE igitur Cazimiri occidente, sortum est quasi quoddam chaos, & quaedam rerum ac personarum confusio, quibusdam de tam inopinato euentu, super se stupentibus alijs quasi extra se raptis, multis velut quodam fulminis ictu ad terram doloris prostratis; Videres plurimos imaginum instar prorsus exanimes, nonnullos vberibus lachrimarum imbribus inundantes: Videres de vulu matronarum, virginum quibusdam sulcis ynguium crebra cruoris proscindi flumina, alli-

na, alios quosdam ad statuas proprijs pænè
 ictibus excerebratos; alios ferro præ mæro-
 ris angustia sese oppetentes: Omnibus illo
 moriente vna & eadem commoriendi volun-
 tas: non desunt tamen eodem horæ puncto
 quidam tacita ducentes suspiria, qualiter Prin-
 cipes vel satrapas ad sua vota inclinent, vel
 vacantem occupent Principatum, sed in suis
 cogitationibus euanescent. Nouit enim Do-
 minus cogitationes hominum, quoniam vanæ
 sunt: cui nec pupilli cura vnquam de-
 fuit, nec viduæ. Igitur ex equalibus ritè
 peractis, Venerabilis ille Cracouiensis An-
 thistes Fulco, primò cum Primatibus de Res-
 gni successione tractatu habito, in conci-
 onem omnes vocat, & vix tandem strepitu ses-
 misopito, ait pius: O Proceres, dolor est
 sed impia doloris atrocitas, piè quidem do-
 letur, sed impiè sic dolore desipitur. Nec
 enim est desipientior vsquam desipiendi mo-
 dus quam crudo vulnere minimè consulere,
 quam de profundo naufragij nolle cum pos-
 sis emergere. Ob quam quæso causam exa-
 men sapè apum defluit, ac prorsus deperit,
 nisi quod in locum demortui Regis alium
 subsistere vel ignorat, vel negligit. Vnde qua-
 dam re-

dam reptilia quæ stellionem habent Regem, eo vix defuncto alium mox in eius locum creant, qui primus pro regis nece lachrimis immaduit. Multis etiam est hodie persolenne, prius alium eligere quam defunctus Rex funaretur, ut successor sui decessoris funus quoddam humanitatis honore solennius prosequatur. Quamvis enim in se Cazimirus mortuus videatur, in suis tamen facile mori non potuit, in quibus immortalibus vixit, & perpetuus est victurus beneficijs: nec vitis creditur subcisa imò propagata, quam vini ac vinidi palmites viuere protestantur. Duæ namq; oliuæ duo super sunt luminaria, duo filij Cazimiri, Leszko, & Conradus, licet ambo paruuli, ambo inter pupillares constituti annos: dignum ergo est maiorem natu, paterna dignitate insigniri. Tum vero quidam vir insignis: sanè inquit, pater, venerande omnibus est amplectenda, sani salubritas consilij maximè in his quæ dilationem non capiunt: periculosa est mora, & in se trahit periculum. Ideoq; in subelligendo principe nulla sit cunctatio. Sed de persona principis omnium obsecro expetiscatur vigilantia. Non enim cano verti-

ei mentum conuenit impuberis, imò puerile est, vt prudentibus puerilis præsit imprudentia. Cum verbum sit sapientis : Vt terræ cuius Rex puer est, præsertim cum Principem discretum, serenum, cautum, & industrium esse in omnibus, & ad omnia conueniat. Nam si in minimis, pura in familia, domus, nauis, in vnius vel agricolæ, vel nauæ regimine periculose negliguntur, quantò periculosius in Repub. regenda, clausiue dixerim cæcis oculis, hæc seponuntur, hæc autem astruebat, vt Mieszko senex, vel nepos eius Mieszko iuuenis princeps substitueretur. Ad hæc vir Zelo Dei plenus Antistes idem respondit : Hæc à te vt potè viro prudente, non ineleganter sunt allegata. Sed in præsenti articulo prorsus locum non habent, vt quæ tùm demum veræ sunt, cum de eligendo agitur, non de iure successionis disceptatur. Prorsus enim aliud habet iuris electio, aliud ius successorum. In illa enim est liberrima deliberationis libertas, ac in ista vrgentissima iuris necessitas : ab illa omnes cirra legitimam ætatem relegantur, ab ista verò nec infantes, nec posthumi excluduntur, qui etiam omni solen-

omni solennitate velatū reprimat testamentū.
 Sed & id quidem quod de regimine ac pe-
 riculo Reipub. tetigisti, parvulis istis non
 officit. Nam si Respub. iuris testimonio,
 instar habet pupilli, constat idem esse iuris
 in utroq; quia ubi eadem est ratio, eadem
 est iuris censura, aut ergo pupillis omnem
 omnino tutelam auferas, aut etiam Rei-
 publicæ tutores non negabis. Nec est
 nim per se Principes Rempublicam admini-
 nistrant, sed per administratorias potestates.
 Ideoq; perimpium periniquum est dissimu-
 lare, ne dum impedire quod ratio dicit, quod
 postulat utilitas, quod iubet honestas, quod
 suadet pietas, quod iuris deniq; imperat ne-
 cessitas: Nec impedit auita institutio, qua
 cautum erat, ut penes maiorem natu semper
 sit principandi auctoritas, quod per Papam
 Alexandrum & Fridericum Imperatorem,
 quamuis ius non habent apud nos condendi
 leges, est consultum, quando utroque su-
 perstite seniore scilicet Mieszko in eodem
 est principatu Cazimirus & constitutus &
 confirmatus, non est igitur quod principum
 consensum, quod fauorem Procerum, quod
 vota ciuium vel populi hac in parte possit

remorari. Proinde vnanimis omnium celo-
 tenus alacritas attolitur: Viuar, viuar prin-
 ceptus Leszko in æternum: Omnesq; tanta
 serenitas lætitiæ quadam festiuitate perfu-
 dit, quasi præteriti nullam doloris pertule-
 rint angustiam, tanta illis dulcedo, tantus
 amor, tanta omnibus affectio amoris erga
 pupillos, vt non furor, non odium, non
 tribulatio, non gladius, non quæstus, nec
 vllius occasionis penitus necessitas, ipsos ab
 ipsorum latere, ac obsequio dstringit. Pro-
 pter quod Eubogionum primus ille comes
 Nicolaus summè omnibus regratians, om-
 nes de constantia, de forma fidelitatis ad-
 monet, & instruit, omnesq; ne cui suam
 in contrarium liceat mutare in voluntatem,
 iurisiurandi relig. ne constringit. Noue-
 rat enim vir prudens volatile semper esse
 mentis vehiculum, petulantes esse, ac in
 lubrico glaciari animi affectus.

COMMENTARIVS.

CAPITVLVM hoc diuiditur in sex
 partes. In prima parte ponuntur di-
 uersa supplicia, quæ homines Cazimi-
 rum do

rum dolentes fatigabant. In secunda, quomodo nonnulli vacantem principatum occupare satagebant, sed Deo disponente minime proficiebant. In tertia parte, quomodo exequijs Cazimiri peractis, Venerabilis pater Fulco Episcopus Cracouienſis, omnes Regnicolas in concionem vocauit, & cum ipsis de successu ducatus & Domini tractauit, inducens illos exemplis naturalibus. In quarta, cuiusdam insignis viri ponitur contraria persuasio, non de more seu dilatione, quia nulla fuit periculosa, sed de personæ electione, qui intendebat, ut non Leszko sed Mieszko senex, tunc Occupator Ducatus Gnesneſis, vel nepos eius Dux Opolieſis, in Principem Cracouieſis, & Dominum totius Poloniæ reciperetur. In quinta parte viceuerſa, Dominus Fulco prædicto viro insigni replicando rationem assignat, cur Leszko in Principem eligi debeat, ut eius argumentum contra electionis argumentum factum soluit, & cassat, imò modum regendi Regnum per tutores dat. In sexta parte, omnium regnicolarum consensus, & adhaſio in Principem Leszkonem ponitur.

Circa literam aduertendum. Pro istius literæ declaratione tres ponuntur conclusiones. Prima est ista. Expedi incolis Monarchiæ, habere semper Principem Monarchiæ directorem, quæ conclusio est Venerabilis Aegid. lib. de regimine Principum, cap. 2. parte 24. Et probatur ratione multiplici. 1. Quia sic incola Monarchiæ Principem habet, seruitusq; ab eisdem incolis tollitur, & libertas crescit, & multiplicatur. Viuere enim sine fræno, & sine secundum dictum Homeri est esse magis bestiam, quam hominem. Secunda ratio. Quia sic pax & tranquillitas Regno, & incolis procuratur, & abundantia exteriorum bonorum multiplicatur.

Secunda Conclusio. Incolæ Monarchiæ, filio Principis non existente debent sibi per electionem Principem forensẽ assumere, beneficentia, potentia, ac virtute relucens. Et ista Conclusio est de intentione Aegidij, lib. 3. parte 2. capite 5. Probatur quoq; ratione multiplici. Prima, ex parte Principis populum regentis. Si enim Princeps videat se debere principari, non solum ad vitam, sed etiam per hereditatem

ditatem in proprijs filijs majus reputabit bonum Regni, esse bonum suum. & ardentius sollicitabitur, circa tale bonum, imò quia tota spes patris requiescit in filijs, & patres nimio ardore mouentur erga filiorum dilectionem. Secunda, ex parte succedentis, ad quem pertinet suscipere curam Principatus, & Domini. Tertia, ex parte populi, qui debet per tale regimen gubernari. Consuetudo enim est quasi altera natura, propter quod regimina ex consuetudine, quasi naturalia efficiuntur.

Tertia Conclusio. Incolæ Regni Monarchiæ filio Principis existente, debent ipsum in Principem sibi potius, quàm forensem quempiam cæteris paribus adoptare.

Secundò notandum, Differentia est inter Regnum & Ducatum, quia Regnum liberè sibi eligere debet Regem & Dominum, prudentia & virtutibus redimitum. Et filij Regis ne quicquam habent successorij iuris. Ducatus verò tenetur filios sui Principis, in Principes & Dominos suscipere: habent enim filij Ducum in Dominis suorum parentum ius successionis, nec generati solus, sed etiam pupilli & posthumi.

qui nascuntur post humationem vel oblitum patris.

C A P V T X X I I .

Qualiter Mieszko senex Leszkonis sui nepotis sublimationem deplangit, & se in Principē Cracouieñ. & totius Poloniae eligere præcepit.

CONSTERNATUR ille senex Mieszko ko his auditis, & indignationis dolore humi prosternitur, ait, non suum apud illos dolere contemptum, non tantum viam primogenituræ confusam, quam super excelentem tantæ dignitatis mentem scurili ludibrio prostratam. Audire piget rem profus inauditam, rem non minus lugubrem, quam ridiculam. Hoc enim sine ludibrio dissimulari potest, tum desipiens, tam sapientum virorum infantia. Infantum enim est cum infantibus ludere par impar, equitare in arundine longa, doloris quoque non dispar est ratio, quia cum fratre meo Cazimiro huius Regni Corona ceciderit, eam non v-

non vtcunq; subleuare, sed in cæno, & in cuiusdam lacu miseriæ, Rempub. hostibus exponere studuerunt. Nam quis luporum gregi sine pastore pepercerit? Secundo, quis non gemat, quis non doleat adeò toxicata in se spicula torqueri? Quis demū æquanimiter soluat non incalida calidissimorum ingenia. Infantem Principem creant, vt eo prætextu ipsis ipsi Principibus principentur, vt Regia stirpitus eradicata stirpe libero tandem potiantur imperio, vt pro vno capite tot vt ex ipsis succrescant Reges quot capita; vestri nempe, non mei me miseret. O mea pignora; Vestra me o Proceres, non mea mouet calamitas, comune omnium hic agitur discrimen. Eis vos ob secundare oportet, quos vobis præesse iecuerat. Eisdē verbis, eadē verborū acrimonia ducem Boleslaū, & fratrem eius Mieszkonem crebro sollicitat, & ad suum votum inclinat, aliorumq; tam huius Regni, quàm exterorum vndiq; venatur subsidia, præterea precibus precio tenetur & ambit. Scit bene Murilegus cuius genu lambit. Cracouien. deinde magnatibus Prouinciæ mandat, vt resipiscant, ne arundineo innitantur baculo, vt Leszkone

szkone Principatu excedere iubeant, ut sese Principem recognoscant, & Caput suum non congruere uniuerso: Eligere igitur ipsos iubet, aut pacis gratuito mereri obsequio, aut gladio, aut gladij furorem, praelij experiri periculo.

COMMENTARIUS.

CAPITVLVM hoc diuiditur in tres partes principales. In prima parte ostendit, quomodo senex Mielzko Leszkonis sui nepotis sublimationem deplangit, & causam principalem sui planctus & doloris ponit, scilicet ridiculosam, imò periculosam ac fatuam Regni conditionem, per huiusmodi Leszkonis iuuenis in Principem electionem. In secunda parte, Proceres Regni ad suos nepotes, videlicet Boleslaum Principem Wratislauiensem, & Mieszkonem Loripedem Opoliensem, ac alios intraneos ac extraneos Principes, & alios nobiles ad se allicit, & subsidia contra Crac. ab eis petit. Quos quidem & signanter Regnicolas, ut celerius alliciat incommoda ipsis imminentia prænarrat, & precipue seruitutem & illibertatem, quam quilibet

quilibet naturaliter fastidit, qui libertatem naturaliter diligit. In tertia parte. Optimatibus Cracouien. Prouinciæ mandauit, in Leszkonem à principatu destituant, & semet Mieszkonem in Principem accipiant, eiusque gratiam sic obtineant. Secus enim si fecerint, prælium contra se mouendum sciant, per quod pericula magna timeant ne incurrant.

C A P V T XXIII.

De prælio inter Mieszkonem senem, & Cazimiridem, circa Andrzeiow in Mosgāwa commisso. Anno Domini 1195.

AD hæc illi: pauidas mina dumulas exanimat, meticulosos etiam rubis lepulosos terror exagitat, ad leoni plus animositatis indignatio suggerit, plus Tygridem fragor ad vires exasperat: Acutius enim ferum exacuit cotis asperitas: nec dici posses gratuitum, quod minaci strepitu extorquetur. Promptus ergo esto: promptos ad res reserendum

stendum inuenies. Pondus inest verbis, & vocem fata sequuntur. Proinde augent illius partes Wladislaitæ, non tam eius amore, quàm Regni ambitu, & odio pupillorum. Adest paruulorum subsidio Ducis de Wladimir, Romani pia miseratio, non comparata Ruthenorum numerositate. Meminit nãque idem Romanus, quanta erga se Cazimiri fuerint beneficia, apud quem pænè à cunabulis educatus, eodemq; quo fungitur ab eo principatu est institutus: Sciebant enim illis excisis suæ radici securim imminere: Hinc à Mieszkone si vicerit, illinc à Principe de Kijow, cuius filiam repudiauerant. Est autem in Craçouieñ. Prouincia nomine Mazgawa dictus, Andrzejouieñ. canobio non longè distans in eo loco, pineti siue rubeti cuiusdam interiectu. Confundunt acies, stant hinc, stant inde, Phalanges stant vt nemora, stant pila minantia pilis. Quorsum quæso viri, quorsum miseranda iuuentus. Non furor est iungi, vel amore suo inter arma ruis, in te tua tela resoluis, in te lusuias seditiosa sis. O sacrilega, ô Prophanata, ô luctuosa congressus eiusdem spectacula. Non hic filiatio paternitati reuerenti-

uerentiam exhibet, non filiationi paternitas ignoscit, non fraternitatem fraternitas, non sanguinitas consanguinitatem; non affinitatem affinitas, non necessitudinem necessitudo, nec illa sancta spiritualis cognatio semetipsam agnoscit. Omnes inuicem sine omni delectu promiscua sese eade interimunt. Hinc Mieszkonides Boleslaus cuspidis transfixus expirat; hic inclitorum gloria prosternitur, hic Mieszkonem quidam Gregorius miles vulnerat, quem cum occidere vellet, ille detecta casside se esse Principem declarat, quo ille cognito, veniam imprudentiae petit, cumque ab aliorum impetu conseruans, praelio declinare facit. Sed & Dux Romanus non sine magna suorum caede, plurimum destitutus auxiliis, non paucis nec leuibus lauciatus vulneribus, tum angustia vulnerum, tum desperatione victoriae cogitur diuertere. Nam in principio congressus, suorum pars maxima Ruthenorum terga fugae dederant, quod partae victoriae ademit triumphum, quorum plurimi non praelio intendunt, sed Ruthenos insectantur fugientes: Quidam auiditate praedae, quidam indignationis animositate, Adest iterum tenis sub-

suis subsidio Wladislaides Mieszko, cum nepote filio Boleslai Iaroslao, qui nemine pænè in loco pugnae reperto, quia iam ambæ partes diuerterant, qui victoriosè campum obtinuissent certaminis, gratulantur, & signa victoriæ illinc extollunt. cum quibus licet in manu pauca Comes Gouoricus cōgreditur, confligit, & frendentis instar fulminis impetum, vna cum viribus ne quicquam effundit. Dispari namq; hostium numerositate tandem fatigatus, non sine gloria quadam succumbit, capitur, captus abducitur, & captiui nomine diu tentus, vix demum à captiuitate amicorum interiectu absoluitur. Porrò iam sæpè dictus Præsul Fulco, inter spem & timorem anxius pendet, orationi propensius intentus, belli exitum in loco semoto præstolatur. Qui cum quendam reuertentem vidisset: ait, bonum nuncium, bonum, prospere nobiscum agitur, quod est verbum, quod factum est? qui respondit: Nostros nunquam deserat hostes, hodierna nostra prosperitas, cecidit Romanus, primorum primi prostrati, quidam capti, nonnulli diffusio dilapsi, totus populus nostri exercitus
 mox in

mox in auras euanuit. cui Præsul. Vnde
 scis Romanum cecidisse. At ille, Papæ in-
 quit, ego funus comilitonis patris mei non
 nouerim? Illud certo certius accipe,
 Senem Mieszkonem cum triumpho spoljs
 occisorū onustorū, Cracouiā proficisci, Vix
 hic finit, & ecce alius, itemq; alius pro-
 ferens mendacj aliud cōmentum. Vnde
 præsul tam se, quā suos aliquantulum
 consolatur, dicens: Non est ratio cur huic,
 quā secundo vel tertio magis credendum
 esset? aut ergo cuilibet horum creditur, aut
 nulli. Sed Quomodo tam dicta dissonē con-
 ueniāt? Superest igitur, vt alicuius nostro-
 rum sagacitate rem diligentius perscrutemur,
 dicit quidam: Præsto ego sum Domine,
 mitte me, at ille: Tria v. ba tene, impiger,
 diligens, cautus esto: Angelus Domini te-
 cum. Ille igitur habitu Clericali seposito,
 Clericus enim erat, sese scurrā & curso-
 rem simulans, pedestri cursu ad præliū locum
 transuolat, rem diligenter explorat, nunc ab
 eis quos adhuc semiuoces reperit, nunc ab
 ijs qui prædicationis erant occupati. Qui cum
 omnia exploratissime didicisset, quantò citi-
 us reuertitur, cuncta ordine Pontifici pan-
 dit ac

dit ac digerit Senem Mieszkonem sub duplici onere prædæ, gementem ad patria remeare, sub onere videlicet mæroris pro morte filij, sub onere doloris pro vulneribus in se susceptis. Romanum vulneratum, non tamen lethaliter. Quem Pontifex noctis per opaca impigrè assequitur, assecutū reuocare studet: ne forte senex Mieszko ad maiorem iniuriam, in iram magis incandescat & viribus instauratis, vel per se, vel per Wladislau Regni caput occupet. Cui Romanus t. Sanè pater charissimè: Sed gemina me vt vides impedit debilitas, vna in me ipso corporis ob vulnera, altera in meis ob militiæ carentiâ, quæ partim prælio corruit, partim fuga disparuit. Tum Præsul. Quid ergo consulis. Cui ille: Tuam non latet prudentiam, prudentia serpentis, quæ maxima est in capitis custodia. Caput ergo & custodiri, & defendi conuenit, donec nostrorum liuor vulnerū detumescat: Piscis enim quorsum vis sequitur, si illius filo brancæa teneas, Romano itaq; ad propria remeante, primi procerum. vt crastinus, primum illuxit dies, cum paucorum quidem exercitatis simorum manu, hostes quærunt vndique quibus

quibus non inuentis, an senem Mielzkonē
 persequantur, an Wladislaidas, diligentius
 deliberant. Sed Præsulis consilio neutrum
 faciendum docet, impiam esse tam afflicti
 senis persecutionem: miserum enim est, mi-
 serabile cuiuslibet infortunium sectari, ca-
 lamitas enim senis insectando in seipsa cō-
 tabescit. Sed & ambos prosequendi nulla
 est ratio, ubi labor immensus, fructus qua-
 si nullus, infructuosissimam esse operam, o-
 peris minus fructuosi, & frustra quispi-
 am temporis terit in palea. Iubet ergo ad
 sedem Regni properare, ne quis Regiam
 quasi vacantem in turbine anticipet, nam
 piscium omne genus facilius deprehenditur
 in turbido, sub nubila maxime imperus
 cauet accipitue, rixa. es vendunt aquilæ
 morticina cornis, corixans alius dat canis
 ossa cani, sic perstrasi animositate seposita
 non animo, Cracouiam cum pueris liberè
 ademit, & solennitè quam ab initio solennitates
 instituti principis instaurant. Itaque
 mater puerorum, tam in consilium indu-
 stria, quàm rerum prouidentia, mulier su-
 per muliebrem sexum, prudentissima pupil-
 lorum ad se tutelam suscipit, donec maior

M m

adolescat

adoleſcat, qui proximus erat pubertati, ad huius mulieris nutum promeritis, cuiusq; faſces diſtribuuntur dignitatum, hi ſubmoventur, illi ſubſtituuntur, vt nec tribunicia ſine ipſius arbitrio, nec minimè omninò concerterentur poteſtates, tanta omnibus erga illam reuerentia, vt ſuæ proceres obliſi dignitatis obſecundare mulieri ac muliebres non turpes, tamen diſſimulare vel ferre maleut ineptias, quam pueros deſerere: non poteſt enim quantumlibet prudentiſſimus eſſe, quandoq; ſine lapſu imprudentiæ. Vnde imprudentia facilius apud prudentes veniam impetrat, quam apud imperitos. cæterum ſæpè nominati viri, Præſul Fulco & Palatinus comes excellens Nicolaus, cum quibuſdam procerum Reipub. curam ſuſcipiunt, cuius adminiſtratione, idoneis ac fideliffimis poteſtatibus diſtribuunt, ſiluitq; aliquantum terra, & pacis aliquantiſper facta eſt tranquillitas.

COMMENTARIUS.

CAPITVLVM hoc diuiditur in ſex partes. In prima, ponitur Cracouitarū reſponſio

responsio Mieszconi seni facta, contra quam
 responsionem vna pars contra alteram, se,
 cum suis amicis cepit armare, Mieszko sen
 nex cum Wladislauidis, scilicet Boleslao Du
 ce Wratisslauiæ ducalis parte ex vna, &
 Cracouitæ cum Romano, & alijs Ruthe
 nis parte ex altera. In secunda parte, au
 tores belli, videlicet Mieszko loripes Dux
 Opoliensis, & Iarossaus, Ducis Boleslao
 Wratisslauiæ. filius adducuntur, cum qui
 bus Gouoritius, vir strenuissimus, ex parte
 pupillorum congressum fecit, viriliter pu
 gnauit, propter inæqualitatem tamen vincere
 non potuit, captus adducitur, & tandem
 interuentu amicorum suorum, à captiuitate
 vix liberatur.

In quarta parte, ponitur per Fulconem
 finis præli expectatus, & tandem certitudis
 nata exploratio.

In quinta parte exitu belli cognito,
 ponitur Fulconis de pueris à Romano con
 sultatio, quid cum eisdem agere debeat, quem
 Romanus cautè informat, vt ipsos diligen
 ter velut serpens caput custodiat.

In sexta parte ostendit, qualiter tra
 ctatum, regimen ac tutelam matris Leszkonis

Cracouitæ ferre non potuerunt, ideò ne inter Regnicolas & Principes, diuisio aut feditio fuisset: Fulco cum Nicolao comite Principe militiae tutelam Regni susceperunt, & administrationem fidelibus, ac idoneis regnicolis distribuunt, & sic terra aliquantulum in pace quieuit.

CAPVT XXIV.

Qualiter Leszko in Halicia Romanum instituit.

PORRO Dux Leszko ætate proficiebat & industria, venaticis vt potè adulescens studijs sese ad iuuenile robur exercens. Iam iamq; in his exercitior armorũ vsum aspirabat, qui nec dum Tyro, nec miles gloriosa in se militiae protulit insignia: Ex quibus illud vnum ad gloriæ cumulum sufficit. Qui super omnes Russiæ Principes, licet adhuc adolescentulus, quasi quidam sol micuit eo namq; temporis in fata concesserat, Dux Galiciæ Wladimir, hærede nullo relicto legitimo. Vnde Principes Russiæ
quidam

quidam vi quidam arte, nonnulli vtroque modo vacantem student rapere principatum, inter quos Dux Romanus, quanto loco vicinior, tanto spe proximior, & sic ambitu solertior, sed quia sese alijs viribus videt disparem. Duci Leszkoni obnixè supplicat, ut eum perpetuo famulatu sibi obliget, ut eius obsequio cunctis Ruthenorum Principibus, ac Parthorum per ipsum partibus imperaret, dummodo ipsum non Principem Galiciæ, sed procuratorem ibi suum constituat, alioquin indubitatum sibi hostem imminere non ambigat, quicumq; aliorum illic sedem fixerit, sed friuola visa est quibusdam eius petitio, tum quia tutum non est parem creare de populo, tum quia res magna, res utilis pro se possidetur longè utilius, quàm alteri substituitur, nec nisi raro extraneum extraneo certum, vinculum fæderis astrinxit, quia qui causa utilitatis assumitur, tum diu placebit, quàm diu utilis est. Cæterum alij duo inquirunt, probant, nec nostro principi, nec nobis esse Romanum extraneum, nam quo pacto extraneus dici potest, cum quo secundus consanguinitatis gradus reperitur. ~~Qua obsequio~~

ratione de hoc viro ambigi potest, qui huius Reipub. semper coadiutor, & quidam quasi Pædagogus extiterat, nam quid aliud docet, tempore Ducis summi Cazimiri examinatissima in omnibus suæ fidei constantia, horrendum certè nefas est, vel in consanguineo pietate destitui, & mutui debitum, proximo non reddi. Igitur affluunt cohortes, instruuntur acies, mouenturq; Galliciam castra, sed ætatem cauent Principis, non Principem, vt potè bellis nondum idoneum, ideòq; faciùs ipsum interim domi iocis indulgere, quàm intempestiuè belli illaborare sudoribus, ac verò adolescens pænè illachrimans, proch dolor, inquit, ô Proceres; Me fæminam à vobis æstimari non Principem, parum enim distat à fæmina, qui semper cætus colit fæmineos; modicum audio roboris habere exercitum Acesalon. Inutilis ego fateor, certè pila fixa stat in prælio, nec dimicant, omnes tamen præsentibus principibus animosius dimicant. Vnde fama est quosdam sine Rege confectos, quo in cunis tandem in prælio posito, de hostibus triumphasse, non ergo vt Princeps, sed vt signum Principis vestra

vestra Castra non deseram, alioquin vel solo comite vestra sequar vestigia, gratulantur omnes, virilis tantum habere animi adolescentem mirantur singuli, intra spicae florem in tam spica tenella, tantae maturitatis grana stupent, nucem nondum teste vestram, soliditate immaturali nucis praefere saporem, ac in Duce dulcedinem Ducis indicant apiculae, non aetatem. Nec dum Rusiam milites attingunt, tum Galliciae primi promissis illi cervicibus occurrunt, omne obsequium, omnem clientelam, omnem splendorem, ac fidelitatis subiectionem, perpetuitatem cum omni satisfactione pollicentur, ipsum Regem suae salutis praesidium adoptant, & eligunt; eligere inquirunt, dignetur vestrae discretionis dignatio, in vestri persona nobis imperare velit, aut in substituta: nihil enim aliud quaerimus, quam ut vestri gloria nominis inuocetur super nos, quia non possumus ferre, iram terrae principum fastus, seditiones, inuidiam: haec illi sed in dolo, ut quasi securos & incautos occuparent, nam dolum subesse, mox ipsa res prodidit, prima si quidem ipsorum Oppida, non deditione supplicant, sed rebellionem

lione contumacius resistunt, qui tandem contriti & subacti, ad Galiciam bello contumacius resistunt, quibus tandem contritis progrediuntur ultra, sed arenæ instar hostilium numerositatem ibi conglobatam, & glomeratam inuenerunt, quibus Dux Leszko iuberi per suos iubet, ut mox finibus accedant, Galiciæ autem prælium præstolentur, qui responderunt prælium in instanti, sed hæc illorum atrocitas vapor fuit ad modicum parens, nam ubi primum ferè Polonorum effulserunt acies, tota illius multitudinis animositas pænitus contabuit, nec vlla prælii apud illos meditatio, sed fuga in instanti belli, tum dilationem pacis deliberandi prætextu postulant, & impetrant, quibus deliberatione suspensis, Galicienses Principes primi ad scabelum ducis Leszkonis prosternuntur, nec iam fictæ, sed summæ deuotionis votis Principem sibi creari efflagitant, quia suorum Principum iures, in quorum infinitate fixerant fiduciam, pænitus emarcuisse prospiciunt, & quem initio plus quam fulgur horruerant, ducem Romanum suscipere cogantur, noverant enim hominis astitutissimi super eos su-

eos super omnes ingeniosissimā tyrannidem, quī tam atrocitatis impetu, quā ambitio- nis studio nemini suorum parceret. noui. Sunt angustiaē illis vndiq; , nam rebellandi nulla spes omnibus pænē suorum subsidijs, noctis beneficio dilapsis, in huius tyran- nissima tyrannide terrentur. Quia nemo prudens horrendis rictibus leonis im- pingit, quid ergo & proceres precibus acu- mulant, argenti, auri talenta, munera gemmas, vasa & vestes, generis exquisitif- simi, omne seticorum, omne præstantissimo- rum genus rerum offerunt, & propensius illaturos pollicentur, ne Rutheni iugo su- besse compellantur, cuiuslibet conditionis obsequium omne, tributorum perpetuitatem promittunt, dummodō huius declinent im- perium. Quid enim de acerba vna nisi stupor? quid de malo speraueris, cuius sucum vt virulentes expertus in deli- tijs, sed in alium destinari non potest hoc be- neficium, nulla gratiarū deuotionē, nulla fa- cultate. omnium Lechitarum in Romano fixa sententia. Omnibus itaq; Ruthenorū primis ac præcipuis omninò renitentibus, Romanus princeps Galaciae, per Ducem Leszkonem

constituitur. quomodo verò Polonis repēdere studuit, suo loco docebitur. Nam formam fidelitatis erga omnes pari coluit perfidia, in suos maximè crudelis: Vix enim dum Leszko pedem cum suis dimouerat, tūm Galiciensium Satrapas, & Lubagionum florentissimos incautos occupat, ac trucidat, quosdam viuos terræ infodit, quosdam membratim discerpit, alios excoriat multos, quasi signum ad sagitam figit, nonnullos prius exenterat quam interimit, omne genus supplicij in suis experitur, grauior ciuibus hostis factus quam hostibus. Nam quos palam apprehendere non potuit, pānē cunctis ad alias prouincias metu dispersis donis, blandimentis, & quibus plurimum viguit ingenijs reuocat, amplectitur, honorat, sublimat. Mox quibusdam insimulando figmentis immeritos præcipitat, præcipitatos tormentis iubet inexcogitato interire. Siue vt fortunas interemptorum eripiat, siue vt finitimis terrorem incutiat, siue vt potentioribus de medio sublatis securius imperaret. Vnde solenne illi erat, quasi prouerbium, melle securius vti apum non posse, nisi penitus oppresso, non rarefacto examine

examine, nec sapere species, nisi creberimè pilo concussas. Aliorum ergo aduersitate imò sua prosperatus breuè creuit in immensum, vt omnibus panè Russiæ prouincijs, ac principibus potentissimis imperaret.

COMMENTARIVS.

CAPITVLVM hoc diuiditur in duas partes. In prima parte, Romani in Principem Haliciefi. consentientibus omnibus Polonis; dissentientibus verò omnibus Ruthenis institutio. In secunda parte, eiusdem Romani contra Ruthenos truculenta persecutio. Circa quod aduertendum, secundum Aegid. lib. 3. cap. 10. Quinquã plures sunt conditiones tyranni, quibus nititur se in suo Dominio conseruari, inter tamen alias hæc est vnã, quia laborat excellentes perimere. Cùm tamen tyrannus non diligit, nisi bonum proprium, excellentes & nobiles existentes, in suo Dominio non valentes, hoc pati insurgunt contra ipsum. Tyrannus autem ex quo talem esse agnoscat non cogitat, nisi quomodo posset

do posset excellentes perimere, ne sibi essent contrarij. Ut hoc fecit Romanus qui nedum propter hoc excellentes perimebat, quia suæ electioni fuerunt contrarij, sed etiam ne tandem contra ipsum insurgerent.

CAPUT XXV.

Quomodo Mieszko senex, tertio & quarto Cracouiam cum dolo adipiscitur.

SED nescio quid sibi velit senum ambitio, quorum ætas, quantò declinans in se vergit, tantò cæcius per ambitum supra se attolitur, quantò grauius mole præmitur decrepita, tantò leuius ambiciose pennis leuitatis rapitur trans aera. Nam cum omnia pænè monstra vitiorum senex in se domet, cum omnibus pene dominetur, duo illi dominantur. Ambicio & cupiditas. Unde quidam sapientum: Nescio quid sibi vult senilis parcitas, quia quo minus restat via, plus quæritur viatici. Siue ergo his duabus
instimulatur

instimulatus causis, seu iuste persuasus ductu rationis principatum repetere Mieszko Stenex instituit, quod quia viribus assequi nequit, viris ac robore impar, industriæ beneficiorum aggredi meditatur. Sæpè namque omnibus maiores viribus vires habet industria. Ideòque maiorum prius animos, quadam benignitate præterat, conciliat, & ad suum consuadet propositum. Sed quia omnes amor adolescentum adeò demulserat, ut omnium animi ipsorum ex matris animo pendere viderentur. Nam sæpè numero tum scriptis, tum nuncijs nonnunquam munerum importunitate sollicitat, ait, non principandi capi gloria, sed pro Regni tranquillitate, imò pro ipso & filiorum eius tranquillo statu se esse sollicitum, nec aliud se ad præfens optare, quam ut sese superstitè omnium discordias fomites prorsus extincto, nullum in posterum, quavis occasione oritur incentium; quod astruit aliter fieri non posse, quàm hoc pacto, cedat mihi filius tuus principatu, quem ego in filium adoptem, omnique consequenter militiæ cingulo à me insignito, eundem restituam, ipsum hæredem legitima solennitate instituam, ut Cracoviensis die

ensis dignitas, inò totius Poloniæ Principatus in tua stirpe perpetua successione solidetur, quia momentaneum esse nequit quod Princeps constituit, quod principali autoritate roboratur, nihil momenti habere, quod vulgi strepitu conclamatur. à quibus quod summa vix difficultate construitur, facillime dissolvitur. Vix enim populi ad honesta contrahitur consensus, qui tanto est ad seditionem tumultus proclivior, quanto numerosior, presertim cum pænè semper sit venalis fauor popularis. Quibus tam diu placebis, quam diu utilis eris, tam diu imperabis, quam diu supplicabis, nec perpetuus, nec salubris liquor, qui de humilibus carethis ac palustris, eliquatur, quando etiam rudis rutorum natura, magis naturale fontium licit puritatem. Excute igitur non coronam sed linteam, testam ridiculum, capitis gestamen, arte figulorum, & compositum, & impositum, aureum decet principes diadema, non fictile: Maxime quod natura suo fabre fecit beneficio, quod tuis & in præsens, & in posterum liberis nostræ decrevit dulcedinis liberalitas. Et quoniam credula est mulierum facilitas,

& cerea

& cerea virgultorum inflexio, his inebriata mater, ac filij cedendum esse censent ad tempus Principatu; Tutius patris loco fore patrium venerari, quam hostem perpetuo sustinere: satius esse patrii regnare munere, quam ex vulgi semper pendere arbitrio. Iusiurandum proponitur, in medio iurat senex, iurant veriusq; partis Proceres, intemeratissimæ tenendam præscripti pacti formam, quam qui temere tentauerit, vel consuluerit, seu quouis modo consuerit per Metropolitanum, & omnes huius Provinciæ Pontifices, anathemate innodetur. Itaque Mieszko solennibus dignitatis, non sine solennitate potitur. Cuius desiderio, nec pacti, nec iurisiurandi visus est meminisse. Si quando enim ratione persuasus, vel nepotis mansuetudine deuictus meminit, aut formam pacti ubi potest dissimulat, aut ubi dissimulare nequit, eius effectum procrastinando frustratur. Rogat dux Leszko in Principem insigniri, rogat instat ratam fore patrii sponsonem, & se Cracouiæ hæredem insolidum institui: Factis priuatis ius publicum conuelli non posse. Conuelitur autem, si Reipub. conditio sit deterior. Quod fieri quis

fieri quis dubitet, si Regni regimen adolescentis imperitiæ committitur. Decentius enim adolescentia obsequitur, quam imperat, quia vtilius paxilo palmes astrigitur, quam liber luxuriari permittitur. Explorari enim iuris est non esse pacta inuita, inuitum autem putari qui consensisse non probatur. Qua ratione verò gratuitum quis iudicet, quod periculo est extortum præliorum, aut quis consensus est ense iugulo imminente, qui ergo tenet teneat, donec de medio fiat, breuiusculi tamen quiete, gaudet avaritia ipsū expulsante, quoniam senibus prædominari maximè diximus. Quia enim opibus & facultatibus aliorum inhiari ac insidiari cepit, vt eos quocunque sibi colore applicaret, impatientia Ciuium à Cracouia expellitur, & dux Leszko recipitur, sic ergo tam iurisiurandi, quam pacti contempti pœnam, quasi quadam depressionis confusione dependet. Ille tamen non immemor suæ artis ex parte rursus ope nititur ad matrem adolescentum, cuiusdam ingenij passibus recurrit, eiusq; consilium & auxilium explorat & implorat, prius tamen perfidiæ suspicionem extenuat & amouet, ait pactum esse

summa

summa religione custoditum, sed ab æmulis impeditū se fuisse, ac præuentum, nec sua fuisse responsa, quæ sua dicuntur, sed eorundem inuidia æmulorum conficta.

Nunc ergo vester duntaxat non desit fauor, fides non deerit à me pollicitis, non modo Cracouiam vobis perpetuò hæreditandam protestor & conscribo, sed etiam Cuiaiensem restituo Prouinciam, occupauerat enim illam idem senex, quamuis ad se minimè pertineret. Vnum inquit, vnum peto, vt hostis omnium communis exilio proscribatur, nec de Principibus à modo faciat ludibria, quando vult Principes creans, quando vult & præcipitans. Hoc autem de Comite significabat Nicolao, quem nouerat eidem sæminæ tunc temporis exosum, quamuis aliàs vt potè virum discretum, ac strenuū per omnia, & omniū amicissimum non modicum dilexerit. Inuidiorum tamen falsificante dolo causas odij, contra illum conflat, & quasi veras, cum illo atrocissimè prosequitur, ideòq; ad vora senis omnium consensum inclinatur, vt vir innocens exilij perpetuitate damnetur. Rursus iterū hac ratione paciscuntur, vt Cuiaiam in instanti restituat, in Cra-

N n

couia ad

lione contumacius resistunt, qui tandem contriti & subacti, ad Galiciam bello contumacius resistunt, quibus tandem contritis progrediuntur ultra, sed arenæ instar hostilium numerositatem ibi conglobatam, & glomeratam inuenerunt, quibus Dux Leszko iuberi per suos iubet, ut mox finibus accedant, Galiciæ autem præliū præstolentur, qui responderunt præliū in instanti, sed hæc illorum atrocitas vapor fuit ad modicum parens, nam ubi primum ferè Polonorum effulserunt acies, tota illius multitudinis animositas pænitus contabuit, nec vlla prælii apud illos meditatio, sed fuga in instanti belli, tum dilationem pacis deliberandi prætextu postulant, & impetrant, quibus deliberatione suspensis, Galicienses Principes primi ad scabelum ducis Leszkonis prosternuntur, nec iam fictæ, sed summæ deuotionis votis Principem sibi creari efflagitant, quia suorum Principum iures, in quorum infinitate fixerant fiduciam, pænitus emarcuisse prospiciunt, & quem initio plus quam fulgur horruerant, ducem Romanum suscipere cogantur, noverant enim hominis astitutissimi super eos su-

eos super omnes ingeniosissimā tyrannidem, qui tam atrocitatis impetu, quam ambitionis studio nemini suorum parceret. Sicut angustia illis vndiq; , nam rebellandi nulla spes omnibus pænè suorum subsidij, noctis beneficio dilapsis, in huius tyrannissima tyrannide terrentur. Quia nemo prudens horrendis rictibus leonis impingit, quid ergo & proceres precibus accumulanti, argenti, auri talenta, munera gemmas, vasa & vestes, generis exquisitissimi, omne seticorum, omne præstantissimorum genus rerum offerunt, & propensius illaturos pollicentur, ne Rutheni iugo subesse compellantur, cuiuslibet conditionis obsequium omne, tributorum perpetuitatem promittunt, dummodo huius declinent imperium. Quid enim de acerba via nisi stupor? quid de malo speraueris, cuius fucum ut virulentes expertus in delictis, sed in alium destinari non potest hoc beneficium, nulla gratiarum deuotione, nulla facultate. omnium Lechitarum in Romano fixa sententia. Omnibus itaq; Ruthenorum primis ac præcipuis omnino renitentibus, Romanus princeps Galacia, per Ducem Leszkonem

constituitur. quomodo verò Polonis repēdere
 studuit, suo loco docebitur. Nam formam
 fidelitatis erga omnes pari coluit perfidia,
 in suos maximè crudelis: Vix enim dum
 Leszko pedem cum suis dimouerat, tūm
 Galiciensium Satrapas, & Iubagionum flo-
 rentissimos incautos occupat, ac trucidat,
 quosdam viuos terræ infodit, quosdam mem-
 bratim discerpit, alios excoriat multos,
 quasi signum ad sagitam figit, nonnullos
 prius exenterat quam interimat, omne ge-
 nus supplicij in suis experitur, grauior
 ciuibus hostis factus quam hostibus. Nam
 quos palam apprehendere non potuit, panē
 cunctis ad alias prouincias metu dispersis
 donis, blandimentis, & quibus plurimum
 vixit ingenijs reuocat, amplectitur, hono-
 rat, sublimat. Mox quibusdam infimulan-
 do figmentis immeritos præcipitat, præci-
 pitatos tormentis iubet inexcogitato interi-
 re. Siue vt fortunas interemptorum eripi-
 at, siue vt finitimis terrorem incutiat, siue
 vt potentioribus de medio sublatis securius
 imperaret. Vnde solenne illi erat, quasi
 prouerbiū, melle securius vti apum non
 posse, nisi penitus oppresso, non rarefacto
 examine

examine, nec sapere species, nisi creberime nilo concussas. Aliorum ergo aduersitate imò sua prosperatus breui creuit in immensum, vt omnibus pænè Russiæ prouincijs, ac principibus potentissimis imperaret.

COMMENTARIVS.

CAPITVLVM hoc diuiditur in duas partes. In prima parte, Romani in Principem Halicieñ. consentientibus omnibus Polonis; dissentientibus verò omnibus Ruthenis institutio. In secunda parte, eiusdem Romani contra Ruthenos truculenta persecutio. Circa quod aduertendum, secundum Aegid. lib. 3. cap. 10. Quanquã plures sunt conditiones tyranni, quibus nititur se in suo Dominio conseruari, inter tamen alias hæc est vna, quia laborat excellentes perimere. Cùm tamen tyrannus non diligit, nisi bonum propriam, excellentes & nobiles existentes, in suo Dominio non valentes, hoc pati insurgunt contra ipsum. Tyrannus autem ex quo talem se esse agnoscit non cogitat, nisi quomodo posset

do posset excellentes perimere, ne sibi essent contrarij. Ut hoc fecit Romanus qui nedum propter hoc excellentes perimebat, quia suæ electioni fuerunt contrarij, sed etiam ne tandem contra ipsum insurgerent.

CAPUT XXV.

Quomodo Mieszko senex, tertio & quarto Cracouiam cum dolo adipiscitur.

SED nescio quid sibi velit senum ambitio, quorum ætas, quantò decluius in se vergit, tantò cæcius per ambitum supra se attolitur, quantò grauius mole præmitur decrepita, tantò leuius ambiciose pennis leuitatis rapitur trans aera. Nam cum omnia panè monstra vitiorum senex in se domet, cum omnibus pene dominetur, duo illi dominantur. Ambicio & cupiditas. Unde quidam sapientum: Nescio quid sibi vult senilis parcitas, quia quo minus restat viz, plus quæritur viatici. Siue ergo his duabus
instimulæ

instimularus causis, seu iuste persuasus ductu rationis principatum repetere Mieszko Senex instituit, quod quia viribus assequi nequit viris ac robore impar, industriæ beneficiorum aggredi meditatur. Sæpè namque omnibus maiores viribus vires habet industria. Ideòque maiorum prius animos, quadam benignitate præterat, conciliat, & ad suum consuadet propositum. Sed quia omnes amor adolescentum adeò demulserat, ut omnium animi ipsorum ex matris animo pendere viderentur. Nam sæpè numero tum scriptis, tum nuncijs nonnunquam munerum importunitate sollicitat, ait, non principandi capi gloria, sed pro Regni tranquillitate, imò pro ipso & filiorum eius tranquillo statu se esse sollicitum, nec aliud se ad præsens optare, quam ut sese superstite omnium discordias fomite prorsus extincto, nullum in posterum, quavis occasione oritur incentiuum; quod astruit aliter fieri non posse, quàm hoc pacto, cedat mihi filius tuus principatu, quem ego in filium adoptem, omnique consequenter militiæ cingulo à me insignito, eundem restituam, ipsum hæredem legitima solennitate instituam, ut Cracoviensis die

ensis dignitas, inò totius Poloniæ Principatus in tua stirpe perpetua successione solidetur, quia momentaneum esse nequit quod Princeps constituit, quod principali autoritate roboratur, nihil momenti habere, quod vulgi strepitu conclamatur. à quibus quod summa vix difficultate constructur, facillime dissolvitur. Vix enim populi ad honesta contrahitur consensus, qui tantò est ad seditionem tumultus proclivior, quantò numerosior, presertim cum pænè semper sit venalis fauor popularis. Quibus tam diu placebis, quàm diu utilis eris, tam diu imperabis, quàm diu supplicabis, nec perpetuus, nec salubris liquor, qui de humilibus carethis ac palustris, eliquatur, quando etiam rudis rutorum natura, magis naturale fontium licet puritatem. Excute igitur non coronam sed linteam, testam ridiculum, capitis gestamen, arte figulorum, & compositum, & impositum, aureum decet principes diadema, non fictile: Maxime quod natura suo fabre fecit beneficio, quod tuis & in præsens, & in posterum liberis nostræ decrevit dulcedinis liberalitas. Et quoniam credula est mulierum facilitas,

& cerea

& cerea virgultorum inflexio, his inebriata mater, ac filij cedendum esse censent ad tempus Principatu; Tutius patris loco fore patrium venerari, quam hostem perpetuo sustinere: satius esse patrii regnare munere, quam ex vulgi semper pendere arbitrio. Iusiurandum proponitur, in medio iurat senex, iurant utriusq; partis Proceres, intemeratissimæ tenendam præscripti pacti formam, quam qui temere tentauerit, vel consuluerit, seu quouis modo consuerit per Metropolitanum, & omnes huius Provinciae Pontifices, anathemate innodetur. Itaque Mieszko solennibus dignitatis, non sine solennitate potitur. Cuius desiderio, nec pacti, nec iurisiurandi visus est meminisse. Si quando enim ratione persuasus, vel nepotis mansuetudine deuictus meminit, aut formam pacti ubi potest dissimulat, aut ubi dissimulare nequit, eius effectum procrastinando frustratur. Rogat dux Leszko in Principem insigniri, rogat instat ratam fore patrii sponsonem, & se Cracouiae hæredem insolidum institui: Factis priuatis ius publicum conuelli non posse. Conuelitur autem, si Reipub. conditio sit deterior. Quod fieri quis

fieri quis dubitet, si Regni regimen adolescentis imperitiæ committitur. Decentius enim adolescentia obsequitur, quam imperat, quia vtilius paxilo palmes astrigitur, quam liber luxuriari permittitur. Explorati enim iuris est non esse pacta inuita, inuitum autem putari qui consensisse non probatur. Qua ratione verò gratuitum quis iudicet, quod periculo est extortum præliorum, aut quis consensus est ense iugulo imminente, qui ergo tenet teneat, donec de medio fiat, breuiusculi tamen quiete, gaudet auaritia ipsū expulsante, quoniam senibus prædominari maximè diximus. Quia enim opibus & facultatibus aliorum inhiari ac insidiari cepit, vt eos quocunque sibi colore applicaret, impatentia Ciuium à Cracouia expellitur, & dux Leszko recipitur, sic ergo tam iurisiurandi, quam pacti contempti pœnam, quasi quadam depressionis confusione dependet. Ille tamen non immemor suæ artis ex parte rursus ope nititur ad matrem adolescentum, cuiusdam ingenij passibus recurit, eiusq; consilium & auxilium explorat & implorat, prius tamen perfidiæ suspicionem extenuat & amouet, ait pactum esse
 summa

Summa religione custoditum, sed ab æmulis impeditū se fuisse, ac præuentum, nec sua fuisse responsa, quæ sua dicuntur, sed eorundem inuidia æmulorum conficta.

Nunc ergo vester duntaxat non desit fauor, fides non deerit à me pollicitis, non modo Cracouiam vobis perpetuò hæreditandam protestor & conscribo, sed etiam Cuiaiensem restituo Prouinciam, occupauerat enim illam idem senex, quamuis ad se minimè pertineret. Vnum inquit, vnum peto, vt hostis omnium communis exilio proscribatur, nec de Principibus à modo faciat ludibria, quando vult Principes creans, quando vult & præcipitans. Hoc autem de Comite significabat Nicolao, quem nouerat eidem sæminæ tunc temporis exosum, quamuis aliàs vt potè virum discretum, ac strenuū per omnia, & omniū amicissimum non modicum dilexerit. Inuidiorum tamen falsificante dolo causas odij, contra illum conflat, & quasi veras, cum illo atrocissimè prosequitur, ideòq; ad vora senis omnium consensum inclinat, vt vir innocens exilij perpetuitate damnetur. Rursus iterū hac ratione paciscuntur, vt Cuiaiam in instanti restituat, in Cracouia ad

N n

couia ad

couia ad finē vitæ regnet, Duce tamen Leszkone ex illius institutione successuro. Sciens autem Nicolaus exilij sibi imminere periculum, gratiam sæpè ac sæpius Ducis Leszkonis ac matris eius multis modis præterdebat, quæ humilime quesita, nec inuenta, nec sine dolore, cum plurima amicissimorū societate ad senem transmigrat, quorum accessione senex alacrior Cracouizæ Principatu ingreditur, qui eandem fidei religionem posteriori exhibuit factō vt primo. Nam nec hæredem instituit Leszkonem Cracouienē, nec vt sponderat Cuiauiam restituere curauit, imò quædam nepotum Castra, videlicet, Wifliciam & alia castra occupauit, asserens illa Cracouiensis esse Prouinciæ, nec debuisse à capite membra rescindi, quæ magnis maiorū cōsilijs ac studijs vix tandē sunt reparata, & Cuiauia restituta. Sic Mieszko senex Cracouia potitur, breuī tamen in pace factus est locus eius, & in syon etiam vtinam habitatio eius.

COMMENTARIVS.

CAPITVLVM istud in duas diuiditur partes principales. Prima pars est,
de Mieszko.

KADLVBKONIS. 563.

de Mieszkonis senis recuperatione dolosa principatus Cracouien. In secunda, de euidem tertia cum dolo adoptione principatus Crac.

Circa primam partem est norandum. Secundum Aegid. lib. 1. par. 4. cap. 3. Se-num sunt sex mores vituperabiles: sunt enim increduli, suspiciosi, timidi illiberales, malæ spei, & inuerecundi. Tamen hic Dominus Vincencius solum tangit duos mores vituperabiles ad propositum sibi deseruientes. Sunt autem senes. Primò ambiciosi, quia alios contemnunt, & se tam in scientia, quàm in alijs operibus ultra omnes extollunt. Vnde Maximianus. Tu me sola sibi subdis miseranda senectus, laudat præteritos, præsentis despicit annos, &c. Secundò, senes sunt auari, seu parci vel cupi. Vnde Polycrat. Monstro similis est auaritia senis.

C A P V T XXVI.

Qualiter Mieszko Albus Cracouiensem respuit Principatum.

Cracouiensium namque primi Legatos ad ducem Leszkonem mittunt, & fidelissima

delissima illi obsequia & principatum offerunt. Sed quidam inhærebat fermenti, quod totam massam corūpebat. Erat enim vir quidam profapia generosus, moribus insignis, consilijs strenuus, omnium virtutum strenuitate conspicuus, **Gouoricus** nomine, qui tunc apud **Ducem Leszkonem** Palatina, fulgebatur dignitate, imò dignitatum omnium cardo ipsius vertebatur arbitrio. Inter hunc & comitem **Nicolaum**, nescio quod infortunium inexorabiles coniecerat discordias, susurronum forsitan ingenio fabricatas, quorum studium est virtutibus inuidere, ac promere tristia, superseminare **Zizania**. Non aliter ergo **Nicolaus** suum spondet obsequiū, nec super principatū in ducem **Leszkonem** conferendo suum a Commodauit assensum, nisi si comitem **Gouoricium** à se repellat & expellat. Ait enim nec fidelitati, nec obsequij locum esse inter discordias, omnemq; **Republ.** tranquillitate gaudere non rixis. Nescit dux **Leszko**, & hæsitat, & sui quid eligant ignorat. **Cracouia** careat, an virum tam utilem, virum immeritum expellat, sed primum damnosum, secundum criminolum. Quibus constantibus, indignum est, inquit **Co-**

quit Comes Gouoricus, in re tam prospici-
 tua vestram pendere discretionem. Nam
 quis ambigit multorum commoda modicillo
 mercari dispendio? quis nesciat cuiuslibet
 persona potius carendum esse quam v-
 niuersitate? quis ignorat minus malum e-
 ligendum, maxime, cum publica utilitas
 præferenda sit priuatæ? Quomodo ergo vi-
 tam obiectabit pro amico, qui exiliū hor-
 ret pro Domino? nec exilium dixerim,
 quando quis licet exul non amicos deserit,
 nec ab amicis deseritur. Felix exulatus, quem
 prosequitur gratia, non odiam persequi-
 tur. Tum quiddam fabulosum, videtur
 quod concepi; sed conceptum quis teneat
 sermonem quia granum est in palea. Tam
 volucrum, quam quadrupedū, Gripho Rex
 dicitur: Cuius animositatem horrentes volu-
 cres in ramalibus Ilicis cuiusdam latitabant.
 Vnde Gripho visa auiditate forsan prædæ,
 vel indignatione animosior, ramis eiusdem
 arboris, iterum & iterum quodam impetu
 impingit, credens vel arborem ictibus pro-
 sternere, vel ramalia concrustare, suo magis
 quam ilicis periculo. Ala enim in ferendo
 enodata humi non sine dolore prouoluitur.

serò quia in se didicit, quid impietas in alium
 persuadeat. Cumq; remedium vndelibet
 quæreret, adest vulpecula, pedetentim acco-
 dit: Quid artis magistra non nouerit? At
 ille: Da operam regiam secunda eris in
 Regno. Tunc illa: Si me medicantis ope-
 ram expectas, opus est vt vulnus detegas.
 Qui agit: Alam enodauit. Et illa: Inæqua-
 litas alarum est in causa cur volare non
 possis. Descendat ala superior ad statum es-
 nodatæ, quæ ad superiorem reduci non po-
 test, redditaq; mox equalitate alarum, red-
 detur quoq; volandi facultas. Approbo in-
 quit ille, quia probabilitate nititur quod
 asseris. Iubet ergo vulpecula, vt alam, quæ
 elisa est inter duas arbores vsq; ad ascclū
 infigat, & summo conatu in anteriore par-
 tem toto pectore profilire, ala deinter ar-
 bores non mora. Audacter age, ne trepi-
 da: Salus tua in manu tua. Credit ille,
 vtque iussus est cum impetu sese intus ia-
 cit, & alam non eruit, sed minuatim cons-
 fregit. Sic itaq; vtraq; carens famæ conta-
 bescit, & à vulpibus, & reptilibus corroditur.
 Ad hæc Dux Leszko: Tu hanc ita pro-
 ponis parabolam, quasi mei sit animi que-
 cunque

cunq; pacto votum ambitionis explere : sed
 bene absit à Principe nugationum genus :
 inhonesta procul absit honestorum cõmen-
 tio. Quid enim offerunt qui hominis in-
 nocentissimi precium quærunt : cum lactu-
 òsa plena sit euentuum dignitatum venalitas,
 & liberi capitis nulla sit æstimatio. Alium
 ergo quam Ducem Leszkouẽ quærant Crae.
 qui condicionibus ipsorum conueniat.

Quo intellecto, quasi de nullo adhuc
 eligendo habuissent tractatum, ad Mieszko-
 nidem Wladislaum trãsmittunt. Afferunt
 fidelitatem patri promissam filio se debere
 ac dependere : nec multum distare, quod ad
 hunc articulum, attingere personam filij à
 persona patris. Ideoq; in ipso locũ electio-
 ni non esse, quem ad paternam vocat suc-
 cessionem iuris ratio, & exigit. Quibus o-
 ptime gratias Wladislaus, gratiora sibi ait,
 tantæ fidelitatis obsequia ipso principatu.
 Sola enim fides est quæ claudit & aperit,
 propagat & arctat, firmat, & conseruat im-
 peria : hæc sola non solum Regna, sed &
 ipsos Reges non minùs regere quã regi do-
 cet : hæc sola est lucerna in obscuro, ra-
 dius in sereno, tranquillitas in turbine, fe-

curitas in tranquillo : hæc est regalium fun-
 damentum, regij capitis dyadema, dyade-
 matis gemarū gemā omnium præstantissimorū
 præstantissima, omnium præinsignis insi-
 gnum : hæc extincta omnis amicitia, so-
 cietas omnis, omne sædus, omnis obseque-
 la, omnis gratia, omne deniq; omnium vir-
 tutum, & decus, & robur languet, & ex-
 pirat. Sine fide viuit, quisq; nullus est quia
 iustus ex fide viuit : quæ hodie quantò est
 rarior, tantò gratiosior : vestræ itaq; fidel
 constantiam super omnia gratantissimè am-
 plector, paucis præsentiarum regrator, tot
 tis gratiarum viribus regratiaturus in po-
 sterum. Sed magnis in rebus non paruis
 innittendum consilij : satiùs enim velo tran-
 quilliore nauigare, si Seditionum ac inuidiæ
 declinantur naufragia, quorum fluctus &
 procellæ subito surgunt, de subita rerum
 nouitate maxime eos nasci solent ex inde-
 liberatis, & inprocuratis maximorum euen-
 tibus. Et quidem rem agredimur arduam,
 arduis egentem, tam virium, quàm consilio-
 rum adminiculis : Aequū autem est consortē
 fore consilij, quem queris vis habere parti-
 cipem. Si ergo placet, imò quia placere om-
 nibus

nibus debet, fratri nostro Duci Leszkoni nostrum pandatur propositum, quatenus non sine effectu vestra laboret intentio. Ipse namque dominus, & impedimento esse potest, & profectu: Nam frater iunior Dux Mazouien. Conradus per omnia sequitur arbitriū; sed & Wladislaides eius nutum sequi non ambigo. Quorundam enim & si magnum non sit habere fauorē, operosum tamen est non habere inuidiam, Proinde per Legatos ordine rem exponit: & hanc dirigit Epistolam, plus quam animæ suæ dilecto Duci Leszkoni, Dux Wladislaus cum salute vitæ vniuersum Status rationis non patitur sanæ statum à se mentis dissidere, vel in semet corixari. Quippè quæ mens, quæ ratio dissidet ipsa sibi. Diffidentiam enim vix admittit identitas animorum. Porro idem in nobis animæ eiusdem indiuiduum & naturam confabricat, & perpetuitas dilectionis concatenat, quæ res parem in vobis gignit voluntatem, consonum in omnibus consensum. & quoniam Cracouiensem vos respuisse Principatum, certò certius agnouimus, omnium in nos vota super eo noueritis concurrere. Quod ad propositū tantò

N n 5

confiden

confidentiùs ingredimur, quantò minùs de vestra dulcedine dubitamus. Non quod ~~h~~lo perpetuo potiamur, sed vt promptior cù vestro infederit arbitrio, ad illum vobis per nos paretur facultas. Hoc igitur in facto non est nostra promotio, sed vestri prouentus honoris, alioquin negligere, cum possis augere, non aliud est quam minus.

Mente huius intelecta Epistolæ ac tenore, quicquid studij in se vel in suis Dux Leszko habere visus est, fraternis desiderijs accomodat, contra Pontificem, contra Primum, ac prudentum consilia. Cernebant enim ac gemebant successionem filiorum Ducis Cazimiri, in illa vltierius dignitate hoc ex facto expirare, ipsumq; contra suum commodum laborare. Vnde frater eius Dux Conradus vix tandem quasi coactus, eorum voluntati superficialitè visus est accedere. Itaq; sub totius Poloniæ conspectu, principum Satraparum, consensu omnium à caligato milite vsq; ad supremum, Princeps Craçouien. Dux Wladislaus constituitur, qui tam accessibilem, tam fauorabilem, tam benignum, tam dulcem & suauem prudentiæ, ideò ne aliorum crederetur affectus

contemnes

Contemnere, imò potius ne de proprijs vide-
retur arrogans virtutibus, sese offerebat,
cunctis affabilitate præstabilem.

COMMENTARIVS.

CAPITVLVM hoc in nouem diui-
ditur partes. In prima parte; ponitur
Leszkonis ad Principatum Cracouieñ. per
regnicolas condicionata vocatio, quæ con-
ditio obiecta totum negotium infecit, sic
quod propter hanc conditionem, nec Leszko
Principatum Cracouiensem suscepit.

In secunda parte, ponitur Leszkonis su-
per eiusdem principatus acceptione consulti-
ua, ac quodam modo perplexa deliberatio.

In tertia parte, ponitur militis Gouo-
ritij super acceptando principatu persuasua
consultatio per fabulam, quasi oppositi in-
tentio per hoc, quia Leszko principatum
Cracouieñ, acceptado submitteret se periculo.

In quarta, ponitur Leszkonis ad pro-
positionem Gouoritij responsio, & Principa-
tus Cracouieñ, abiectio.

In quinta parte, ponitur Cracouitarum
ad Wladislaum directio, ac eiusdem ad prin-
cipatum

cipatum Cracouieñ, ex sponſione patri eius, videlicet Mieszconi ſeni facta, nec non iure ſucceſſorio vocatio.

In ſexta parte, ponitur Wladislai reſponſio Cracouitis facta: in qua præmiſſa gratiarum acſione, de tanta fidelitate ſibi exhibita ipſos conſulit, vt Leſzkonis conſenſum quarant, ne ſibi in ipſius aſſecutionem dictus Leſzko noceat.

In ſeptima parte, ponitur Wladislai ad Leſzkonem directio, ipſiuſq; Leſzkonis conſenſus, poſtulatione ſuper ducatus Cracouieñ. adeptione, nec eiſdem ducatus ad Leſzkonem formali reductione.

In octaua parte ponitur Leſzkonis conſenſus in Wladislai promotione, quamuis cum primatum ac Pontificem diſuaſu, atq; cum fratris ſui Conradi Principis Mazouie impulſiuo conſenſu. Sic enim terras Leſzko cum Conrado inter ſe diuiſerant, Leſzko tanquam primogenitus Cracouiam, Sandomiriam, Syradiam, Lanciciam, & Pomeraniam poſſidebat: Conradus verò tanquam iunior totam Mazouiam & Cuiuiam pleniffimè ſortitus fuerat. Conradus verò primus Princeps Mazouie, à quo moderni

Principes

Principes Mazouiae ortum traxerunt, tres genuit filios, scilicet Semouitum, Bolesla- u. 1. & Cazimirum.

Quorum Semouitus & Boleslaus totam Mazouiam obtinuerunt. Cazimirus uero Cuiuuiam possedit. Cui patruus Leszko ab- bus misertus, terram uero Syradiae & Lan- ciciam reddidit. Boleslao autē sine prole mor- tuo, Semouitus Cazimiro medietatem dedit.

Quorum Cazimirus quinque filios genuit, 1. Leszkonem nigrum cui Siradiam a- signauit 2. Sembionem cui Wratissloui- am legauit, 3. Wladislaum Leszkonem, cui terram Brestensem donauit. 4. Cazimirum, qui Lanciciam possedit, 5. Semouitum qui terram Dobrzinensem accepit.

In nona parte, periturus Wladislai in Principem Cracouiensem constitutum, ac eiusdem honesta atque sagax erga omnes exi- bitio. Hic enim Wladislaus nedum glo- riosum ad omnia regnicolis se exhibuit, ue- rum etiam munera pro his omnibus dare studuit. Cito post hoc est defunctus, su- bito principatui Cracouiensem idem Wla- dislaus cedere est coactus, & Leszko vice- uersa in principem Cracouiensem & Do- minum

minam totius Poloniae, per vniuersitatem nobilium honorifice est acceptus. Quo Anno Domini 1207. vita functo, Bolesl. pudicus filius eius sibi successit: Sub quo Sanctus Stanislaus Canonizationem Anno Domini 1275. suscepit. quo sine prole defuncto, Leszko niger Dux Siradiae successit. Quo iterum vita functo Henricus Dux cum Barba Wratislaviensis, maritus Sanctae Hedwigis Anno Domini 1288. principatum Cracouiensem obrinuit. Henricus autem licet Przemyslaum Ducem Poznanien. post se instituit, tamen Venceslaus Rex Bohemiae, dictum Principatum Cracouiensem sibi resignari, apud eundem Przemyslaum dolose disposuit. Deinde Poloniam fortiter ingreditus, seipsum in Gnesna fortiter coronari fecit. Qui & Cracouiam ex integro fundauit. Anno Domini, 1307. defuncto Wladislao, Leszko Dux Brzestensis Rex Poloniae efficitur, & per Iarossaum Archiepiscopum Gnesnensem coronatur.

Post mortem ipsius, filius eius Casmirus in locum ipsius suscipitur. Post Casimirum Ludouicus Rex Vngarorum. Post Ludouic-

Ludouicum Iagello supremus Dux Lithuan.
 quem Bodzanta Archiepiscopus Gnesnensis
 & Ecclesia Cracouieñ, baptizauit. Anno
 Domini, 1386. quo defuncto. Anno
 Domini, 1434. filius eius Wladislaus
 successit, quem Reuerendus Pater dictus
 Iatrzebicc, Archiepiscopus Gndmensis cum
 suis coepiscopis, uidelicet Sbigneo Craco-
 uieni, & Stanislao Plocensi, wladislao
 Wratisslauenfi, Ianussio Przemysliensi.
 Cunctisq; exultantibus in Regem
 Poloniae, in Ecclesia Craco-
 uieñ. coronarunt.



Österreichische Nationalbibliothek



+Z170722003









